A. M. D. G.

GRAMMATICA LATINO-TAMULICA,

Ubi de

Vulgari Tamulicæ Linguæ

Idiomate

கொடுந்தமிழ்

dicto,

ad Usum

MISSIONARIORUM

Soc. IESU.

AUCTORE

P. CONSTANTIO IOSEPHO BESCHIO,

Ejusdem Societ. in Regno Madurensi

MISSIONARIO.

A. D. MDCCXXVIII.

TRANGAMBARIAE,

Typis Missionis Danicæ, CIↃ IↃ CCXXXIIX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

VIdimus ac attente legimus Grammaticam Latino-Tamulicam, compositam per R. P. Constantium Josephum Beschi, Societatis JESU Missionarium Madurensem, et cum illam judicaverimus dignam, ut typis mandetur, motu proprio illam transmisimus Trangambariam, ut ibi in publicum beneficium data hac nostra approbatione imprimatur. Datum Mailapuræ, 2 Novembris, anni 1737.

JOSEPHUS EPISCOPUS MAILAPURENSIS.

Digitized by Google

RELIGIOSIS LINGUÆ TAMULICÆ CANDIDATIS

CONSTANTIUS JOSEPH BESCHIUS

salutem in Domino plurimam.

Sæpè audivi vulgarem Linguæ Tamulicæ Grammaticam criminantes: quasi plura desiderentur, et aliqua errore non careant. Attamen vel quasi suis viribus non crederent, vel novitatis injuriam timerent omnes, sive etiam potioribus intenti levem hunc dedignarentur laboremi: nemo adhuc manum operi admovere voluit. Et sanè tanta est novitatis injuria, ut cuicumque licitum videatur, ingenium sicut vinum probantes, reprehendere, quidquid novum est; vel hoc ipso nomine, quòd nondùm exprobrantium maledictis induratum opus consenuerit. Ego tamen notam hanc facilè despiciam; dummodò brevem hanc lucubrationem meam, Antiquorum laboris reprehensionem nemo audeat criminari. Nec sanè præsumens me plùs scire, quàm cæteros, novam hanc Tamulicæ Linguæ Grammaticam scribendam cogitavi. Sed Vir quidam, et mihi antiquâ consuetudine conjunctus, et omnibus singulari merito conspicuus, adeò hoc opus pètendo institit, ut et amori, et veneration inservirem, non crediderim jam posse negari, quod à tanto Viro tanta desiderii contentione petebatur. Præcipuè cùm hujus notæ hominum desideria, etsi precum imaginem ore præ se ferant, reipsâ præcepta sint, quæ præterire ingenuo animo non licet.

Duplex in hâc regione Tamulicæ Linguæ idioma est: sublimem dixerim unam, communem alteram. Aliqui non satis appositè Poëticam vocant, quæ à communi recedit. Attamen, cùm eâ linguâ Tamulenses non tam in his,

Digitized by Google

quæ metro ligantur, quàm in cæteris omnibus, quæ ab antiquis hujus linguæ peritis ſolutâ quoque oratione conſcripta ſunt, uſos eſſe videamus, quod præcipuè in commentariis poëtarum patet: ea ſatiùs quàm poëtica lingua, elegantior vel ſublimis vocabitur. Tamulenſes verò hanc ெசந்தமிழ், *et vulgarem* கொடுந்தமிழ் *nominant: ac ſi illud elegans Tamulicum idioma dicerent, hoc aſperum. De ſublimi linguæ dialecto inpoſterum, Deo favente, Grammaticam daturus et Lexicon: hîc de aſpero, ſive vulgari Tamulicæ Linguæ idiomate tantùm loquar.*

Cùm autem, Religioſi hujus linguæ Candidati, vos non pueros, ſed ſublimiorum facultatum Magiſtros inſtruere debeam; vt vel in hâc ipſâ diſciplinâ ex diſcipulis Magiſtri evadentes, expletâ hujus Grammaticæ lectione, alios edocere valeatis: addam ſingulis loquendi modis radicem, ex quâ pullulare ſolent; unde et puriorem ebibere à fonte limpham, et ſimilia vel ipſi eruere poſſitis. Et ſanè ea, de quibus rationem reddere non poſſumus, et ſi uſu adipiſcamur, ſcire nos gloriari nequàquam poſſumus; quin et pſittacus ſe plura ſcire falſò glorietur.

Dicam nonnulla, quæ ab antiquâ Grammaticâ variare, alia, quæ ei contra ire videbuntur: non tamen judicaturus cæteros, ab omnibus ipſe judicandus. Sed, cùm nonnihil elegantiori linguæ ſtuduerim, à quâ ſicuti à fonte emanare ſcimus vulgarem: multa cognovi, quæ temporis intervallo in communi idiomate vitiata ſunt; et ab Indigenis quoque, qui omninò rudes non ſint, meritò reprehenduntur.

Quinque autem Capitibus dividetur hæc Grammatica. Primum Litteras tamulicas et Orthographiæ regulas dabit. Secundum Nomina et Pronomina exponet. Tertium aget de Verbis. Quartum Syntaxis regulas aliquas tradet. Ultimum numeros et quædam alia Tyronibus magis neceſſaria referet. Plura tamen omittam, quæ adeò neceſſaria non judicavi: ne quaſi congeſtâ mole importunam

Digitized by Google

portunam eruditionem ventilare gestiens, vel immani spectro de novô accedentes à proposito deterrere, vel iniquo pondere teneros adhuc humeros gravare videar. Si quis plura desideret, elegantioris Idiomatis Grammaticam, quam brevi dabimus, consulere non dedignetur. Prætereà ex regulis ipsis, quas hîc tradam, plures sub initio Tyronibus proponendæ non sunt; quas ego ordinem sequutus, suo loco quidem exposui; erit tamen prudentiæ Docentium, singulis modum et tempus, quo eas perlegere expediat, decernere.

Nec pluribus detinebo vos, Religiosissimi Patres, qui pro Christo legatione fungentes, futuri jam gentium Prædicatores, ejusdem consilio ad simplicitatem puerorum conversi, mirabili zelo, alibi alios sublimiora edocere sueti, ab aliis hîc barbara verecundè edisce non dedignati, balbutire incipitis. Apostolico huic vestro desiderio famulatum præstare gestit, qualecumque sit, leve hoc opus nostrum. Si quid adjumenti hinc accepisse vos arbitramini, rogate communem Dominum Messis, ut et ego exemplum vestrum sequutus, in ejus vineâ non inerti socordiâ sedeam. Valete.

E Missione Madurensi, 4. Kal. Jan. 1728.

Digitized by Google

GRAMMATICA TAMVLICA.

CAPUT PRIMUM
DE LITTERIS TAMVLICIS.

§. I.


DE NUMERO ET FORMA LITTERARUM.





Riginta Litteras Tamulenſes numerant, quas எழுத்து nominant: ex his vocales duodecim, conſonantes octodecim. Illas உயிர், *uir*, has மெய், *mey*, vocant; ac ſi dicerent, *animam* et *corpus*: nec omninò ineptè; conſonans enim ſine vocali corpus eſt ſine animâ: hinc conſonantem, cui nulla uniatur vocalis, vocant etiam உயிர்மெய்எழுத்து, id eſt, *littera mortua*. Ex duodecim vocalibus quinque breves ſunt, et குறில்எழுத்து dicuntur: அ, *a*. இ, *i*. உ, *u*. எ, *e*. ஒ, *o*. Quinque ſunt longæ et நெடில்எழுத்து nominantur: ஆ, *â*. ஈ, *î*. ஊ, *û*. ஏ, *ê*. ஓ, *ô*. Aliæ duæ, quas inter longas Tamulenſes numerant, reverâ diphthongi ſunt; ſcilicet ஐ, *ai*, et ஔ, *au*. Has autem duodecim vocales tamulico ordine referam: அ, ஆ. இ, ஈ. உ, ஊ. எ, ஏ. ஐ. ஒ, ஓ. ஔ.

Conſonantes decem et octo tamulico quoque ordine diſpoſitæ ſunt hæ: க. ங. ச. ஞ. ட. ண. த. ந. ப. ம. ய. ர. ல. வ. ழ. ள. ற. ன. Vim cujuscunque litteræ inferius referam. Ex his litteris formant

Digitized by Google

mant alias, quæ verius syllabæ, quam litteræ vocari possunt; cùm sint figuræ, quibus vocales copulantur consonanti. Non enim Tamulenses optimo Europæorum more postponunt consonanti vocalem, vt syllabas forment, sed ex consonanti et vocali tertiam effingunt figuram. Et cùm ipsi vocalem animam et consonantem corpus dixerint, appositè has syllabas  vocant, ac si dicerent *Corpus animatum:* supra dictis autem vocalium figuris initio dictionis tantummodò utuntur. Cum verò cuilibet consonanti, si  excipias, conjungi possint duodecim vocales, ex quâlibet consonanti hunt duodecim figuræ, quas hic referam.

Et 1) ad exprimendum *a* breve, nihil addunt consonanti, ac eadem figura, v. g.  exprimit et simplicem consonantem *c* et syllabam *ca*; et sic de cæteris: quod sanè laudari non potest, et tyronibus non leve negotium faciet. 2) Ad exprimendum *â* longum addunt figuram . Sic , *câ.* , *tâ.* , *pâ &c.* Excipe , , , quibus ad exprimendum *â* longum non addunt, ut cæteris, , sed mutant figuram hoc modo, , , . Attamen cùm dicta figura  sit etiam littera *ra*, æquivoco obvia est: sic  potest legi *tâm*, *ipsè* honorificè; vel potest legi, *taram*, quod prò *vice* sumitur: propterea aliqui ad distinctionem, cùm hæc figura exprimit *â* longum, scribunt ; quando verò sumenda est pro *ra*, more Grandonico complicant aliquantùm pedem anteriorem et scribunt . In eorum autem Grammaticâ  dictâ, ad discernendum tum *â* longum á litterâ *ra*, tum simplicem consonantem à consonanti unitâ cum *a* brevi; docent superscribenda aliquot signa, quæ  vocant: quando scilicet littera est simplex consonans, inscribendum dicunt hoc signum °: v. g. si scribas , jam non potest legi *arradam*, ut fieret, si illud signum non esset, sed legitur *artam*, *significantia.* Prò secundâ autem æquivocatione, si hæc figura  significet *â*

3

Digitized by Google

longum, nihil inſcribitur; ſi verò exprimet ſyllabam brevem *ra*, ſuperſcribendum ſignum: v. g. தாம ſine ullo ſigno legas *tâm*, cum hoc ſigno தா ம legas *taram*. Adeoque hoc vocabulum பாலா poteſt legi *palâ*, et tunc nullo notatur ſigno, et ſignificat quandam arborem: poteſt quoque legi *paler*, *plures*, et tunc notatur hoc modo, பாலர். Sic மலா, ſi ſcribatur மலர், legitur *maler*, *flores*: ſi ſcribatur மலா legitur *malera*, et eſt infinitivus à verbo மலரு கி ன்று, *floreſcere*. Eodem modo cúm figura exprimens *e* breve et *ê* longum, *o* breve et *ô* longum, ſit eadem, ad diſtinctionem, longis nullo notatis ſigno, brevibus ſuperſcribendum docent illud ˘. Sic ெமா legitur *mêy* longum, cum ெ nullo notetur ſigno, et eſt *paſce*: at ெமா legitur *mey* breve, et eſt *veritas*. Sic ெபா ſine ſigno, legitur *pôy* longum, et eſt *eundo*: at ெபா legitur *poy* breve, et eſt *mendacium*. Attamen nullibi hæc ſigna, præterquàm paucis aliquot dictionibus, ex inertiâ fortaſſe amanuenſium ſuperſcribi vidi unquam, quod ſanè tyronibus præcipuè utile admodùm eſſet. Addo excogitaſſe me alium & faciliorem modum diſtinguendi *e* & *o* longa à brevibus: ſcilicet, cum utrique inſerviat littera ெ, *combu* dicta; ſi hæc ſimplici forma ſcribatur, erit *e* breve & *o* breve: ſi autem inflectetur in partem ſuperiorem, vt infrà dicam de *i* longo, ſic ே; *e* et *o* erunt longa. Sic ெமா, *mey*, breve: at ேமா, *mêy*, longum. Sic ெபா, *poy*, breve, at ேபா, *pôy*, longum. Qui modus pluribus ſatis placuit, et ſequi non ſunt dedignati. 3) Loco *i* brevis addunt litteris omnibus hanc figuram ◌ॅ. Sic கி, தி, பி, வி &c. Litteræ autem ா vel addunt idem ſignum, et ſcribunt ா, quod elegantius eſt, vel etiam ſcribunt ா◌ॅ. 4) *î* longum exprimunt inflectendo ſupradictum ſignum: ſic கீ, தீ, பீ, வீ &c. 5) *e* túm breve, túm longum exprimunt, anteponendo ſingulis litteris hanc figuram ெ, quam ெகாடம vocant:

Digitized by Google

vocant: கை, கொ, கோ &c. 6) *o* túm breve, túm longum exprimunt, anteponendo figuræ, quâ utuntur pro *â* longo, idem க, et ſcribunt கா, கொ, கோ, கௌ &c. 7) Pro diphthongo *au* anteponunt cuilibet literæ க, et poſtponunt ள்: ſic கௌள், *cau*, கோள், *tau* &c. Sed poterat legi quoque *kâl*, *audi*, et *tâl*, *ſcorpio*; quare vix eſt in uſu hic modus ſcribendi: ſed loco diphthongi ſcribunt *a* breve, et addunt *v* conſonantem. Sic nomen *cauvei* ferè nunquam ſcribunt கௌளவை, ſed கவளவை. 8) Ad exprimendum diphthongum *ai*, anteponunt ſingulis litteris figuram ை, quam சுழி vocant. Sic கை, *cai*, *manus*, தை, *tai*, *Januarius* menſis, மை, *mai*, *atramentum* &c. Excipe ண, ன, ல, ள், quibus in principio litteræ uniunt figuram particularem, et ſcribunt ணை, னை, லை, ளை. 9) Ad exprimendum *u* tùm breve, túm longum, variant ſatis; omnes autem hujus figuræ ad tres reduci poſſunt: (1) Ex க fit கு, *cu*, கூ, *cû*: ex ட, டு, டூ: ex ம, மு, மூ: ex ழ, ழு, ழூ: ex ள், ளு, ளூ: ex ர, ரு, ரூ: (2) Ex ச, சு, சூ: ex ப, பு, பூ: ex ய, யு, யூ: ex வ, வு, வூ. (3) ex ங, ஙு, ஙூ: ex ண, ணு, ணூ: ex த, து, தூ: ex ந, நு, நூ: ex ல, லு, லூ: ex ற, று, றூ: ex ன, னு, னூ. Ut autem, quæ diſjuncta ſeparatim propoſui, in unum coacta oculis ſubjiciam: referam hîc ordine tamulico characterum omnium figuras, quarum vim inferius explicabo.

அ, ஆ, இ, ஈ, உ, ஊ, எ, ஏ, ஐ, ஒ, ஓ, ஔ.

க, கா, கி, கீ, கு, கூ, கெ, கே, கை, கொ, கோ, கௌ.

ஃ: hæc vix unquam copulatur vocali.

ச, சா, சி, சீ, சு, சூ, செ, சே, சை, சொ, சோ, சௌ.

ஞ, ஞா, ஞி, ஞீ, ஞு, ஞூ, ஞெ, ஞே, ஞை, ஞொ, ஞோ, ஞௌ.

ட, டா, டி, டீ, , டு டூ, டெ, டே, டை, டொ, டோ, டௌ.
ண, ணா, ணி, ணீ, ணு, ணூ, ணெ, ணே, ணை, ணொ, ணோ, ணௌ.
த, தா, தி, தீ, து, தூ, தெ, தே, தை, தொ, தோ, தௌ.
ந, நா, நி, நீ, நு, நூ, நெ, நே, நை, நொ, நோ, நௌ.
ப, பா, பி, பீ, பு, பூ, பெ, பே, பை, பொ, போ, பௌ.
ம, மா, மி, மீ, மு, மூ, மெ, மே, மை, மொ, மோ, மௌ.
ய, யா, யி, யீ, யு, யூ, யெ, யே, யை, யொ, யோ, யௌ.
ர, ரா, ரி, ரீ, ரு, ரூ, ரெ, ரே, ரை, ரொ, ரோ, ரௌ.
ல, லா, லி, லீ, லு, லூ, லெ, லே, லை, லொ, லோ, லௌ.
வ, வா, வி, வீ, வு, வூ, வெ, வே, வை, வொ, வோ, வௌ.
ழ, ழா, ழி, ழீ, ழு, ழூ, ழெ, ழே, ழை, ழொ, ழோ, ழௌ.
ள, ளா, ளி, ளீ, ளு, ளூ, ளெ, ளே, ளை, ளொ, ளோ, ளௌ.
ற, றா, றி, றீ, று, றூ, றெ, றே, றை, றொ, றோ, றௌ.
ன, னா, னி, னீ, னு, னூ, னெ, னே, னை, னொ, னோ, னௌ.

§. II.

De VI Litterarum.

4 VIm Litterarum cujuſcumque linguæ ſcriptâ præceptorum phalange ediſcere, longa et ardua via eſt: facilis autem et compendioſa, à docentis ore hauſire auribus, et hauſta balbutiendo proferre. Si enim usquàm, hîc certé verum eſt illud: *errando diſcitur.*

Attamen

Attamen, ut complemento operis nihil desideretur, aliquid de vi tamulicæ linguæ Litterarum attingam veriùs, quam explicem. க in principio dictionis æquivalet nostro *k*; in medio autem, si simplex, est *g*, si duplicatum, est *k*: sic காகம dicitur *câgam, cornix*, et காகணம dicitur *câkei*, aliud cornicis nomen. ங multi tàtis laborant ad exprimendam et ediscendam vim hujus litteræ: et sanè oleum et operam perdunt. Hoc unum scire sufficiat, hanc litteram venire tantùm, saltém in linguâ vulgari, ante litteram க, et habere sonum litteræ *n* ante *g*, vt in hâc voce latinâ, *Longum*, quæ, si scribenda esset characteribus tamulicis, scriberetur, லொங்குமு. ச in principio dictionis, et in medio, si simplex, vim fere habet litteræ *ſ*, sic சசி dicitur, *ſuſi, mollis*: si autem duplicatum invenies, pronunciandа est ut apud Lusitanos *cha*; sic அச்சம dicitur *accham, metus*. ஞ eam vim habet, quam littera *nh* apud Lusitanos: *ñ* apud Hispanos; et *gn* apud Gallos et Italos: plerumque scribitur ante ச et tunc pronunciatur ut *n* et *g* in hâc voce, *angelus*; sic அஞ்சி ஞானன் pronunciandum *anginân, timui &c.* ட, in principio dictionis, et quando in medio est duplicata, sonat ac *t*; quando verò in medio dictionis est, simplex æquivalet nostro *d*: sic படித்தான் legitur *tuditân, laudavit*. ந vim habet litteræ *n*, usurpatur in principio dictionis et ante த, quod tunc pronunciatur vt *d*: sic அந்தம legitur *andam, finis, perfectio*. ப in principio dictionis et in medio, si duplex, vim habet litteræ *p*; in medio autem, si non duplicetur, idem est ac *b*: sic பகுபாடான legitur *pagueipân*, et சபை, *ſabei*. ம idem est ac *m*. ய est *y* consonans. ர est *r*. ல est *l*. வ, *v* consonans. ற, si simplex, æquivalet duobus *rr*: sic திறம legitur *tirram, vis*. Si autem duplex, æquivalet duobus *t t*: sic குற்றம legitur *cuttam, culpa*. Si tandem sit post ன consonantem, pronunciatur ut *d* admodùm lenis: sic என்ன, நன்ன &c.

Digitized by Google

&c. ന est *n*, quæ tamen per se nunquam venit, ut ന, in principio dictionis, sed tantùm in medio vel in fine, ut ഒന്നാന്നാന. Quatuor adhuc supersunt litteræ, quæ in sono satis à nostris differunt, nec facilè ab exteris pronunciantur. Scilicet ള, hæc, quando simplex est, pronunciatur hoc modo: inversâ omninò retrorsùm linguâ, adeò ut interiorem palati summitatem attingat, impellitur impetu, pronunciando inter *da* et *ra*. Si vero duplex ള്ള inveniatur, eodem modo inflexâ et impetu vibratâ linguâ, *ta* pronunciatur. Si tandem simplex quidem sit, sed consonans ante aliam consonantem, ut in hoc vocabulo ന്ത, eodem modo pronunciatur ut *t* consonans. Dicunt apud Anglos esse litteram, quæ simili modo ac sono pronuncietur. ന്ന, hæc inflexâ eodem modo linguâ, pronuncietur ut *n*; unde benè convenit cum ള: nec ante hoc scribitur unquam alia *n* consonans, præter hanc. ന്റ est quoddam genus *l*, quod pronunciatur inflexâ aliquantulum linguâ usque ad palati mediatatem. ല est quoque aliud *l*, quod crassiori sono, reflexâ omninó ad interiorem palati partem linguâ, pronunciatur. Nec plura dicam de vi Litterarum, cum earum sonus, non scriptis, sed voce acquirendus sit.

Cum hæc pauca de pronunciatione scripsissem, petiit quidam, ut adderem aliquid de sono, quo Tamulenses longas à brevibus distinguunt: siquidem specialis est, et arduus exteris. Si enim vocabulum sit polysyllabon in linguâ latinâ, præter penultimam, in vernaculis autem, si Gallicam excipias, præter etiam ultimam, longas a brevibus sono non distinguimus, quas tamen benè semper in quolibet vocabulo Tamulenses sono distinguunt. Attamen de sono quàm facile est loqui, tàm est difficile scribere. Poëta quidam picturam laudans, artem, quâ verba pingimus, et loquimur oculis, eam dicit, poëticè quidem magis, quám veré; siquidem pictura conceptum nostrum exprimit quidem,

Digitized by Google

dem, non verba; nec picturam multùm differre dixerim à scripturâ, nisi quod et à nescientibus legitur, et uno intuitu exhauritur liber, ac quasi oculis devoratur. Cæterùm scripturam quoque mortuam linguam vocamus, cùm voces explicet sine sono. Scimus, quid scripserit Cicero, jure dubitant multi, quo sono, quæ scripsit, pronunciaverit. Quarè non per præcepta legentibus, sed per vocem audientibus sonus verborum tradendus est. Attamen, ut et desiderio eorum, quibus tamulicè loquentes audire non licet, indulgeam potiús, quàm satisfaciam, nonnulla breviter addam.

Tamulenses assignant *mensuram* temporis, quam மாத்திரை vocant, eâque cujuslibet litteræ sonum metiuntur, syllabæ autem longæ duplicem mensuram, unam brevi, et dimidiam dant consonanti. Secundúm hanc regulam pronunciant quamlibet syllabam, et benè exprimunt longas et breves in quolibet vocabulo, etiamsi 4 vel 5 vel 6 syllabis constet. Sic ipsis pronunciantibus hanc vocem sex syllabarum, பத்தாத்திரத்திலிருந்து, *pâttirattinôdê:* (ablativus est à nomine பத்தாத்திரம், *vas:*) benè intelligitur, primam, penultimam et ultimam syllabam esse longam; tertiam autem, licet ex duplici consonanti in versu æquivaleat longæ, naturâ tamen esse brevem. Et hæc vox benè discernitur ab aliâ, பத்திராத்திலிருந்து, *pattirattinôdê*, (ablativus est à nomine பத்திரம், *cautela:*) quamvis hæc vox hoc uno a prima differat, quod prima syllaba ultimi vocabuli sit naturâ brevis, licet à duplici consonanti fiat metro longa. Hoc arduum sané esse solet tyronibus; et tamen adeó in hâc linguâ necessarió animadvertendum est, ut hoc uno potissimùm neglecto, conceptum nostrum nunquam explicare valeamus, et cùm unum dicere conabimur, oppositum intelligant incolæ. Sic, si dicas கேட்டான், et primam syllabam pronunciaveris longam, erit *petü* vel *audivi*; si eandem brevem pronunciave- 6

Digitized by Google

claveris, erit *perü*: et centum alia hoc modo.

7 Quarè 1) ubicumque litteram longam inveniamus, in ejus pronunciatione duplici mensurâ temporis insistendum est: feré ut apud Gallos pronunciatur hoc vocabulum *ètrange*; in quo vocabulo trisyllabo, licet penultima exprimatur, ut longa, adhuc benè cognoscimus, primam pronunciari longam, et differre ab hâc voce, *revanche*, in quâ prima pronunciatur brevis. Sic differunt inter se ஆனந்தம, et அனந்தம. 2) Quando littera est naturâ brevis, at duplices sequuntur consonantes, ea pronunciatur ferè ut apud Gallos hæc vox, *avancè*, in quâ secundum *a* ante duas consonantes exprimitur ut breve, et distinguitur ab hâc, *j'avance*, ubi illud *a* pronunciatur ut longum. Sic dicitur மாநகரம், ubi secundum *a*, cum sit breve, licet sequantur duæ consonantes, ut breve pronunciatur, et æquivalet dicto *avancé*. 3) Major difficultas est, quando vocabulum est dissyllabon: tunc si utraque syllaba sit longa, pronunciatur ut hæc vox à Gallis *âgé*: sic மாசு, மாதர் &c. Si secunda tantùm sit longa, pronunciatur, ac si accentum haberet tantúm in fine, ut *pelê*: sic பலர், பிதர் &c. Et hic, etiamsi intercedant duæ consonantes, ut தினகரன், அனகன் &c. pronunciatur ut Gallicè *tombè &c.* Si autem prima tantùm sit longa, tunc pronunciatur ut Gallicè nomen *bâton*, et verbum *mêlons*: si autem utraque sit brevis, pronunciatur ut Gallicé nomen *melon*, et verbum *batons*. Addam de hoc ultimo exemplum quoque a linguâ latinâ ad usum eorum, qui gallicam non noverint. Hæc duo nomina dissyllaba, கர்தம, *câdam*, *leuca tamulica*, quæ tribus leucis gallicis constat, et கதம, *cadam*, *ira*, in hoc uno differunt, quod primum habet primam longam, secundum autem utramque brevem. Ex his கர்தம, quod habet primam longam pronunciatur, ut latinè hæc vox, *cadam*, à verbo *cado*: கதம verò ex duplici

brevi,

Digitized by Google

brevi, pronunciatur omninò eo ſono, quo idem *cadam* latinè pronunciaretur, ſi in compoſitione à *decado* eſſet *decadam*. Si enim quis nonnihil animadverterit, videbit, quantùm differat ſonus, quo illud *cadam* dicitur per ſe, à ſono, quem habet in voce *decadam*: differentia eadem eſt inter கா'தும் et காதும் apud Tamulenſes. Et hæc ſufficiant, ne longiùs tempus teram, quaſi velim ſenſibus mutare objecta, et ſonum oculos docere.

§. III.

De Variatione Pronunciationis.

INvariatâ litteræ figurâ, aliquando variatur ejusdem ſonus: pro quo ſint hæ Regulæ. *Reg.* 1. *A* breve in fine vocabuli, quod ſit polyſyllabon, et in fine habeat poſt *a* unam ex his ſex conſonantibus ல, ழ, ள், ர், ன, ண், tunc tò *a* tenui adeò ſono pronunciatur, ut videatur *e* lene. Sic பகல non pronunciatur *pagal*, ſed *paguel*, *dies*; eodem modo dicitur புகழ், *puguel*, *laus*: அவள், *avel*, *illa*: சுவர், *ſuver*, *paries*: அவன், *aven*, *ille*: அரண, *aren*, *arx* &c. Hinc licet ante க, த, ச, littera ம mutetur in *n*, cum hæc non ſit ன், ſed ங vel ந vel ஞ: tunè ſi *a* præcedat, non mutatur ſono, et adhuc exprimitur apertè *a*, et apparet differentia v. g. inter hanc vocem பலன், *præmium*, et hanc பலம, *genus ponderis*; etiam quando ம finale mutatur in *n*. Dicitur enim பலங்காடு, *palan cadu*, பலந்தா, *palan dâ*, பலஞ்சீ மீது, *palan ſirridu*, et nunquam pronunciatur *palen*, uti ſemper pronunciatur hæc, பலன, cum in fine habeat ன். Adverte, quod etiamſi, declinando hæc nomina, addantur plures litteræ, unde jam dictio non terminetur per *a* et unam ex dictis ſex conſonantibus: tamen ſemper tò *a* pronunciatur ut *e* lene. Sic பகலுக்கு, பகலை &c. non dicitur *pagalucu* vel *pagalei*, ſed *paguelucu*, *paguelei*

Digitized by Google

paguelei &c. Dixi autem ſub initio, ſi vocabulum ſit polyſyllabon. Si enim eſſet monoſyllabon, vt நல, கல, பல, கள், தன், கண் &c. non dicitur *nel, quel &c.* ſed invariato ſono dicitur *nal, cal, pal, cal, tan, can &c.*

9 *Reg.* 2. Diphthongus *ai* in vocabulo polyſyllabo, in quâcumque ſyllabâ, quæ non ſit prima, pronunciatur ferè ut *ei*, ſono leni, ut ſuprà diximus de *a*; adeò ut etiam in verſu, licet ſit diphthongus, in eo caſu ſumatur ut brevis, et vocatur ஐகார குறுக்கம், *abbreviatio litteræ ai.* Sic உலை non legitur *uḍaimai*, ſed *uḍeimei*, variato ſono illius ை, quod eſt in medio et in fine illius vocabuli. At in hâc voce ைகை யம, *viduam*, rò ை in principio non variat ſonum, ſed tantum in medio et in fine, et dicitur *caimeiei.* Eodem modo, quando vocabulum eſt monoſyllabon, nunquam imminuit ſonum: unde ைக, *manus*, ைம, *atramentum*, ைத, menſis *Januarius &c.* dicendum eſt *cai, mai, tai &c.*

10 *Reg.* 3. *I* breve ante ப plerumque adeò leniter pronunciatur, ut videatur non eſſe. Sic in terminatione verborum கிப்பு vel கீப்பு pronuncian-tur, ac ſi eſſent *cradu* vel *gradu*: ſic பிப்பகை சம, *pragàſam*, ஸ்ரீகிப்பம, *ſîcram &c.* Et hoc adeó, vt etiam in verſu, cum opus ſit, rò i poſſit non numerari. Præterea *i* longum vel breve ante ழ pronunciatur plerumque ut *u*: ſic தமிழ, *tamuḷ*, பிழை யவ, *puḷavei*, பீழை, *pûḷei &c.* Item *î* longum, ſi ſit ante ள, pronunciatur quaſi ut *u*: ſic வீடு, *wûḍu*, பீளம, *pûḍam &c.*

§ IV.

De Variatione figuræ Litterarum.

11 TAmulenſes non ſolùm nullis virgulis orationem diſtinguunt, verùm neque vocem à voce ſeparant, ſed uſque ad finem cujuſcumque periodi omnia ita ſi-

Digitized by Google

mul commixta ſcribunt, ut una tantum vox videatur, et non tam ordine annexis margaritis torques, quàm ignobili captivitate connexis annulis catena dicenda ſit periodus Tamulica. Hinc nunquam Tamulenſes utuntur figuris vocalium, quas ab initio retuli, niſi periodus incipiat per vocem, quæ in fronte vocalem habeat. In medio verò orationis, 1) ſi poſt vocem, quæ deſinat per conſonantem, ſequatur alia, quæ per vocalem incipiat, mutatâ finalis conſonantis figurâ, illi connectunt figuram ſequentis vocalis. Sic non ſcribunt இவன்-ஓலுலை, ſed, ac ſi una vox eſſet, இவனோலுலை; quod ſanè tyronibus negotium faciet: niſi enim ſolutâ priùs hâc connexione ſingula verba ſuâ libertate donata reſpiciat quis, nec ipſe ea intelligere, nec in Lexico invenire unquam poterit. 2) ம conſonans ante க fit ங, ante ச fit ஞ, et ante த fit ந. Sic ம in fine hujus dictionis ஜெயம, *victoria*, mutatur hoc modo: ஜெயங் கொண்டான, ஜெயஞ் சொன்னான, ஜெயந் தந்தான, *victoriam duxi, dixi, dedi &c.* 3) ல conſonans ante க, ச, த, ப ſæpe ſæpius mutatur in ற: et, ſi ſequens ſit த, hoc quoque mutatur in ற. Sic, ut omnia unâ oratione oſtendam, loco ſcribendi, விடாமலசெய்ததவத்தி னாலதபபாமலகத்தியிலபலனுண்டு, ſcribunt meliùs, விடாமறசெய்ததவத்தி னாறபபாமறகத்தியிறபலனுண்டு, *conſtanti poenitentiæ certum erit in cælo præmium.* Sic eodem modo ன் conſonans ante க, ச, த, ப, mutatur aliquando in ன்: et, ſi ſequatur த, hoc quoque mutatur in ன. Sic loco dicendi, நாள்தோறும *ſingulis diebus*, dicunt நாடோறும, vel etiam uno ன ablato, elegantiùs dicitur நாளோறும. Sic, இந்நாட்பயிர *hujus temporis ſegetes*, பழநாட்சேயத்தி *hiſtoria antiqua*,

Digitized by Google

தினந்தா___கடன் *obligatio diei festi &c.*

4) Si post consonantes finales ண், ன், sequatur vox, quæ incipiat per த, debet semper mutari post ண் in ட்___, et post ன் in ற். Sic, கண் தி ற் ந தா ன், debet scribi, கண் ட்___தி ற் ந தா ன்: sic, பலன் தந்தா ன் scribendum பலன் ற் ந தா ன் &c. Attamen hâc regulâ, quæ inviolabilis est in linguâ sublimi, vix utimur in vulgari: cum tamen aliquando utamur, volui eam tradere, ut tyrones agnoscant radicem aliquot nominum, quæ juxtà hanc regulam composita sunt. Sic ex மண் *terra*, et தலம் *locus*, fit மண் ட்___லம் &c. Præterea, si vox, quæ desinit per ண் vel ன், habeat quidem figuram recti, sed significationem et vim obliqui, ut sæpe fit in hâc linguâ; ut அவன் ஐக loco dicendi அவனை___ய ஐக: tunc, si sequatur nomen incipiens per க, ச, த, ப, bene mutatur quoque ண் in ட்___, et ன் in ற், et sequens த in ___ vel ற். Sic cùm, loco dicendi மண் ணால் செய்த பாத்தி ரம், *vas factum ex cretâ*, benè dicatur மண் பாத்தி ரம்: tunc meliùs scribitur மட்___பாத்தி ரம். Sic பொன் னால் செய்த கடி, தக, சீலை, பாத்தி ரம், *ex auro factum filum, lamina, statua, vas*; elegantiùs dicitur பொற் கடி, பொற் றக, பொற் சீலை, பொற் பாத்தி ரம் &c.

12 Præter has, plures alias variandi regulas, quæ tyronibus iniqui ponderis essent, in sublimioris linguæ Grammaticâ fusiùs exponam. Hìc satis sit ultimò advertere, quod littera ர், *r*, nunquam vel deperditur, vel mutatur: unde error est eorum, qui à verbo தி(ந கி ற் து) v. g. formant præteritum தி ந்தான், cùm debeat esse தி ர்ந்தான் &c. Errant quoque, qui, quando post *r* sequuntur duo க, judicant idem esse scribere ர்க க vel ற்க. Sic ex பொர் *pugna*, fit பொர் க்கள மம் *campus pugnæ*: plures

Digitized by Google

res autem ſcribunt ஞாயற்றுக்கிழமை, quod ab errore excuſari non poteſt, et aliud ſignificat, et primum pronunciatur *pôrcaɨam*, ſecundum verò *pôtcaɨam*. Sic, loco ſcribendi மனுஷ்யருக்கு, *hominibus*, plures per errorem judicant poſſe ſcribi etiam மனுஷருக்கு: attamen hic eſt dativus ſingularis à மனுஷன், ille autem pluralis à மனுஷர்; primum pronunciatur *manuxercu*, ſecundum *manuxetcu*, quæ omnia ſatis differunt. Præterea eodem modo, quando littera ய் ſequitur conſonatem ன், judicant aliqui poſſe promiſcuè vel has duas litteras ன் ய், vel duplicem ன்ன் ſcribi. Et Lexicon ipſum Tamulico-Luſitanum expreſſè hoc habet, docens v. g. கன்யு/poſſe ſcribi கன்னு &c. Attamen quàm falſò hoc dictum ſit, ex hoc ipſo videri poteſt, quod கன்யுக்கு ſignificat, *vitulo*, in dativo, et கண்ணுக்கு eſt, *oculo*. Sic, எந்நேயுக்கு eſt dativus à voce எந்ய், *quando?* et எண்ணெய்க்கு eſt dativus à voce எண்ணெய், *oleum*. Sic, மன்யுகிக்கிறது eſt *rogare*; et மண்ணுகிக்கிறது eſt *terram tremere*: et ſic ſexcenta alia. Unde reverà promiſcuè ன்ய் vel ன்ன் ſcribere aut pronunciare nullatenùs licet; et ſanè nunquam vel ſemel à peritis hujus linguæ indigenis promiſcuè vel ſcripta vidi vel pronunciata audivi: rudes autem, eorum more, ſequi nos, nemo laudabit.

§. V.

De Augmento Litterarum.

TAmulenſes in decurſu orationis ſæpe addunt litteras, quas ſcire non ſolùm ad perfectionem pronunciationis et orthographiæ, ſed ad intelligentiam quoque ſummoperè expedit. Si quis enim hanc regulam neſciens viderit ſcriptum v. g. இந்தவீடு, ſciet tò இந்த eſſe articulum *hic, hæc, hoc*, வீடு autem neque ſciet, neque quærendo inveniet: ex regulis 13

Digitized by Google

verò, quas hic tractemus, additum hic *v* consonantem noverit, quâ litterâ ablatâ, leget ஆனை, et statim sciet esse *desiderium*. Quarè 1) ut omninò concursum vocalium effugiant, si post vocalem finalem dictionis unius sequatur alia vocalis, ut in exemplo nunc allato, நத-ஆனை: tunc si vocalis, quæ est in fine prioris vocabuli, sit *u* breve, eliditur, et loco illius *u* apponitur consonanti, quæ remanet, vocalis, per quam incipit sequens dictio. Sic, வநது-இருகினான, ablato *u*, et apposito *i*, quod erat *du*, fit *di*, et scribitur வநதிருகினான. Excipe, quæ sunt dissyllaba, ex utrâque brevi, quibus duplex consonans non interponatur: hæc enim nunquam amittunt *u*, sed sequuntur regulam sequentem.

14 2) Si post alias vocales finales, quæ non sint *u* brevis, quando hæc eliditur juxta modò traditam regulam, sequatur alia vocalis: illæ non eliduntur, sed inter duas illas vocales finalem et initialem additur vel ய vel வ, et cum his conjungitur vocalis, per quam incipit sequens dictio; pro quo hæc regula servanda est. Nullâ habitâ ratione vocalis, quæ sequitur, considerandæ est, quæ præcessit, et, si hæc sit *a*, *â*, *u*, *û*, *o*, *ô*, *au*, additur semper வ. Sic, அலல-ன்னானான *dixit, non*, scribitur அலலவெனானான. Sic, அவளுவெனாலை: hic, பூவெடுதது னை &c. Sic, cùm juxtà regulam superiùs traditam குரு, நடு, படு &c. non elidant *u*, scribendum, குருவிருகினான, நடுவிலை, படுவாவை &c. addendo வ. Ex his இது, அது, pro libito vel retinent, vel perdunt *u*; si retinent, addendum வ. Sic, இதாகாரம vel இதுவாகாரம &c. Si autem vocalis præcedens sit *i*, *î*, *e*, *ê*, *ai*; tunc additur ய. Sic dicitur, தமியனை, நீயிருகையிரு, மகனை படாகுது &c. Hæc regula adeò universalis est, ut errore damnandum sit, quidquid inverso hoc ordine

Digitized by Google

ne ſcriptum inveniamus: in quo et incolas, qui perfecti non ſint, ſæpe ſæpius errare videmus, ſcribendo pe-rumque ப, ubi ஔ addendum erat.

3) Si poſt conſonantem finalem ſequatur vocalis; 15
tunc, ſi vox præcedens ſit monoſyllaba brevis, duplicatur ultima conſonans: v. g கண, என, தன, ஞெய &c. Si ſequatur vox ஆனை, ſcribitur கண்ண ஞ்ஞ ஆனை, என்ன ஞ்ஞ ஆனை, தன்ன ஞ்ஞ ஆனை, ஞெம யாஆனை &c. Si verò monoſyllabon illud ſit longum, non duplicatur ultima: ſic ஞெபாய, ſi ſit gerundium à verbo ஞெபா/, eſt longum, unde, non duplicato ய, ſcribendum ஞெபாயி; at ſi ſit nomen, quod eſt *mendacium*, tunc, cùm ſit breve, debet duplicari ய, et ſcribi ஞெபாய யி ஞெக ஞெம &c.

4) Si poſt vocalem finalem ſequatur conſonans, nul- 16
la fit mutatio, niſi ſequens conſonans ſit ex his quatuor க, ச, த, ப: hæ enim ſæpe ſæpiùs duplicantur. Attamen quando duplicari debeant, quando non, adeò difficile eſt explicare, ut omnia perfectè præceptis contineri non poſſint: plures tamen regulas, quas longo uſu et accuratâ meditatione didici, hic ſuſe tradam. Neque me levia ſectari et nugis tempus conſumere criminantes, has regulas deſpiciant aliqui: et quaſi ſnum labori ſtipendium ſit defuturum, in his legendis non adeó temporis jacturam metuant, quam fructus uberes abunde valent reſarcire; præcipuè cùm ex hoc ipſo multum ſanè mutetur orationis ſenſus. Sic v. g. ſi ſcribas கன்னித்தாய, eſt, *virginis mater*: ſi verò ſcribas கன்னித்தத்தாய, eſt, *mater, quæ eſt virgo*; et ſimilia ſine fine. Hinc pluries verba omnino tamulica, phraſi tamulicâ et ſono quoque tamulico pronunciantibus nobis, conceptum tamen noſtrum adhuc non intelligent incolæ, ex hoc uno, quòd vel duplicamus, quæ ſimplices eſſe debent, vel è contra. Quarè licet, ut diximus, omnia regulis contineri

Digitized by Google

nequeant, aliqua tamen hîc referam, quæ et magis universalia sunt, et faciliora.

17 Et *Regula* 1. sit: quotiescumque præcedit vox, quæ duplicatâ ultimâ consonanti, in fine habeat *u*, semper sequentes க, ச, த, ப duplicantur. Sic கடபுக கடந்து, அசுசகி னீது, புலவுதந னாது, ருருபுபுடுபச்சு &c. Hæc regula est omninò universalis sine exceptione: nec scio, quomodò alter scripserit, has litteras non duplicari, si post nomina, quæ in fine consonantem duplicant cum *u*, sequatur non aliud nomen, sed verbum; et addit exemplum, கூமமபாத்ததான, பலவுடுதயசான. Attamen hoc omninò falsum est cum suis exemplis: siquidem etiam sequente verbo duplicandæ sunt illæ litteræ, et dicendum, கூமமபபாததான, பலவுதுதயசான. Sic, மடுகுகடுநதான, ருநலவுசுமநதான, டுகுகடுததீத்ததான, கடுபபித்ததான, பலவுகுகடந்ததான, விலவுதுதாடுததான: et sic de aliis omnibus. Hinc ex hâc regulâ post dativum, qui semper desinit per *u* cum duplici க, semper illæ litteræ duplicantur. Sic, அவனுகுசுசொனனான, எனகுகுதநதான &c. Sic ex hâc eâdem regulâ, si gerundium desinat in *u* cum eâdem consonanti duplicatâ, duplicat eas litteras; sic டுபமமபடுபானான, படந்துகுகொணடான, அழைதது தநதான, படுடுசுசமான &c. non autem, si gerundium in *u* non duplicaret consonantem in fine; sic dicitur, நினமுசொனனான, வநது தநதான, கொணடுபோனான, &c. Hanc universalem regulam sequuntur etiam nomina, quæ reverà non duplicant consonantem ultimam, attamen terminantur per duas consonantes ex his, quas Tamulenses வலினம dicunt, quæ sunt க, ச,

Digitized by Google

ச, ட, ண, த, ப, ம, ex quibus una sit consonans, altera habeat *u*, v. g. கப்பு, நண்பு, உண்டு, அவ மற்று &c. Hæc enim semper duplicant sequentem : கமபகரததான, நண்பகரானான, உண்குதிரததான, அவமற்சரானனும் &c. Et ratio est, quia in his casibus illæ litteræ pronunciantur, ac si essent duplicatæ : non enim dicitur *catbu*, *natbu*, *utgu*, *avetzu* ; sed *catpu*, *natpu*, *utcu*, *avetcu* &c. Tandem dixi superiùs, si in fine sit *u* cum duplici consonanti : si enim post duplicatam eandem consonantem sequatur alia vocalis, ex hâc regulâ non duplicaret sequentem. Sic dicitur, எலுமிகநதான, மண்ணினான, புதிரசானனை, ரசனபாலன, கதிரதையதானன &c. non duplicatâ sequenti.

Reg. 2. Post accusativum sine ullâ exceptione semper illæ litteræ duplicantur : sic, அதகனான, அதசரசயதான, அததுநதான, அதடிததான &c. 18

Reg. 3. Post ablativum, qui desinat per ல, si non apponatur, ut licet, *ê* finale, sequentes illæ litteræ semper duplicantur : sic, வனதலநதிரிநதான, விடழலகிநதான, மனதிலசசலதான, படியிலபடான &c. Eodem modo post alium ablativum, qui desinit per ஆல : sic, அவலகரான, அவலசரமான, அவலதரதனான, அவலபிழதரான &c. Attamen cum elegantiùs in eo casu றல் mutetur in ற, tunc illæ litteræ non duplicantur : sic, விடழகிநதான, அவறகரான &c. Hæc quoque regula nullâ appendice excipitur. 19

Reg. 4 Subjunctivus *si*, எனல, வநதால, பாலல &c. et omnia gerundia negativa, 20

Digitized by Google

ut இலலாமல, அலலாமல, செயயாமல, பேசாமல &c. hæc, inquam, omnia juxta ſuperiorem regulam vel mutant ல in ற, vel duplicantur illæ conſonantes க, ச, த, ப, ſi ſequantur. Sic, எனஉனயிலலாமலச் செயதான, vel எனஉனயிலலாமற செயதான. Sic, பேசாமற்போனான vel பேசாமலப்போனான &c.

21 *Reg.* 5. Poſt gerundium, quod deſinat per *i*, ſemper duplicantur: சாலிகொண்டான, அருளிச்செயதான, பணணிதநதான, வெட்கிப்போனான, &c. போய et ஆய gerundia, illud à verbo போற்று, hoc a verbo ஆக்கு, cùm reverà deberent terminari per *i*, போயி, ஆயி, ut ſæpe in eruditorum linguâ uſurpantur, etiamſi ablato *i* remaneat ய conſonans, ſequuntur hanc eandem regulam, et duplicant ſequentem: போயகொண்டு, சததமாயச்சாலவு &c.

22 *Reg.* 6. Poſt infinitivum, qui deſinit in *a*, ſemper duplicantur illæ litteræ: சாலகொட்டான, போகச்சானெனல, நிறையததநதான, செயயப்போனான &c. Nulla eſt exceptio, niſi quando utuntur infinitivo pro imperativo, uti dicemus in fine num. 69. Tunc enim, quia illa vox terminat ſenſum orationis, non duplicat ſequentem. Sic, கவனக்கவாமி *audi, Domine*, வாச்சிக்கிறமம, *veni feſtinanter* &c.

23 *Reg.* 7. Poſt quodcumque nomen diſſyllabon, ex duplici brevi, ſine conſonanti intermediâ, et cum *u* in fine: ut புது, *novus, a, um*; போது, *univerſalis, le*; நடு, *medium*; குரு, *ſacerdos*; மறு, *macula*; மரு, *bonus odor*; திரு, *felix*; மது *mel* &c. Poſt hæc et ſimilia duplicantur ſequentes illæ litteræ, ſit nomen vel verbum, quod ſequitur. Sic dicitur, புதுச

Digitized by Google

பு/சுவாமி, படது/சகரல, மஅ/ தது/னடதான குருபபடிபபிதி தார, மது/கடிதான, திருபபாதம, மருகரகாழிந்து &c. Invaluit tamen usus contrarii, குருசுவாமி. Excipe numeros, ut ஏரு, இரு, அஅ &c. qui non duplicant sequentem, quia numuntur ut adjectiva: ஏருதினா, இருபது, அஅபது &c. Sic dicitur, ஏருகாலம, *unum tempus*: attamen dicunt ஏருககாலுமிலஉல, *nullo tempore* &c. Excipe quoque இது, அது, *hoc, illud*, quæ nunquam duplicant sequentem: இது/படி து, அது/சி ந்து &c. Excipe adjectivum சி அ/, à சி அ/னம: sic சி அ/கலம &c. Excipe tandem, quæ pronomina quidem videbuntur, et sunt participia juxta regulas elegantioris dialecti, adeoque non duplicant sequentem: ut ம அ/, quando non significat *maculam*, (tunc enim est nomen, et duplicat sequentes;) sed quando significat *aliud*, ut ம அ/ நாள, *altera dies*: tunc enim est vox à verbo, et non duplicat illas litteras. Sic, ம அ/கை ந்/கார/னை நீவா, *affer aliud ferculum*, ம அ/ பிழை படிலஉல, *non est alius vivendi modus* &c. Hinc, si scribatur, ம அ/சொல, est, *alia vox*: si, ம அ/ சகரல, est, *vox maculata*, id est, *errata*.

Reg. 8 Post இந்த, அந்த, எந்த, semper illæ 24
litteræ duplicantur: இந்தக்கை, அந்தச்சொ யதி, எந்தத்த அ/வாய, அந்தப்பணை &c.

Reg. 9. Post particulas quasdam, quas ipsi இ/__, 25
சகரல vocant: இனி, *in posterum*; தனி, *solas, sine comite*; படல *sicuti*; ம அ/, *præterea*; ம அ/, *reliqua*, அனை, *præter*, இனி, *sine*, இலஉல, *non*; அல்ல, *non* &c. Semper post hæc duplicantur illæ litteræ: இனிச்செயயென, தனிப்பயணம, அநிந்தானைப்போலதிரி, ம அ/கரரியம &c.

Digitized by Google

Reg. 10. Post nomina desinentia in longam, sive sit *â*; நா, *lingua*, பா, *carmen*; sive sit *î*; ஈ, *musca*, தீ, *ignis*: sive sit *û*; பூ, *flos*: sive sit *ô*, கோ, *Rex*: semper duplicantur. Sic, நாகசாந்து, மிடாதுதகர்நது, ஈசகோசமூது, தீபமூலனது, பூபபூதது &c. ஈ, *tu*, non duplicat quidem; at severâ non est ex hâc regulâ: non enim ஈ, sed நீ cum ய consonanti in fine scribendum est. Ex hâc regulâ participia negativa, quæ desinunt per *âda*; இலாத ஆகாத &c. possunt abjicere tò *da*, et dici இலா, ஆகா &c. et tunc duplicant sequentem: இலாப பெபாய, ஆகாகாரியம &c. Attamen cùm tertia persona neutrius verbi negativi sit செய யாது, வாராது &c. et etiam, ablato து, செய யாள, வாரா &c. tunc tamen, cùm sit verbum absolutum, et non participium, non duplicantur sequentes illæ litteræ. Sic, si aliquid expectanti dicatur, *illud modò non veniet, abi*, diceretur, இபெபாது துவாராபோ, et non duplicatur ப: et ita de ceteris. Excipiuntur plura, quæ sunt à linguâ Grandonicâ, quæ non duplicant: sic மகாசநெதா ஆம, மகா பி மசாதம &c.

27 *Reg.* 11. Post nomina animalium, arborum, et omnium, quæ sunt inanimata, si sequatur nomen partium eorum, adeò ut nomen principale, etiamsi figuram habeat recti, significatione sumendum sit in obliquo: tunc semper duplicantur க, ச, த, ப, si sequantur. Sic, கிளிககால; est enim கிளியினகால, *pes psittaci*: sic, புலிதெதால, குதிரா தது ஆல, யாஉணகெகாமபு, பூஉணக கண, குராகுதது ஆல, வண நெசசி ஆகு, பாமபுபபாம &c. hæc omnia ex nominibus animalium. Sic, மூருகைகசாய, இலநாதகசாய, அதிபபழம எடா பபழம, மூலஉலகெகா, பூ

வல

Digitized by Google

வலப்பழம vel நாவற்பழம, பாகல
காய, vel பாகற்காய &c. et hæc ex nomi-
nibus arborum. Sic, மஉலப்பகம, மஉல
சாரல, கடலகனா vel கடற்க
னா, ப்பாற்களவம &c. quæ nomina expri-
munt res inanimatas. Dixi autem, si nomen princi-
pale habeat figuram recti, et significatione sumendum
sit in obliquo: si enim nomen principale sumendum
esset in recto, nunquam duplicaret sequentem. Sic be-
ne dicitur, கீரிக்காற்றலைய்தடுத்தனை,
abscidi pedem psittaci: quia nomen principale கீரி,
psittacus, licet habeat figuram recti, hîc sumendum
est in obliquo. Si autem dicerem, *psittacus extendit
pedem*, tunc, quia psittacus sumitur in recto, non du-
plicato க, dicerem, கீரிகாற்றலைநீட்டி
ற்றது. Eodem modo dicam, அதிபழங
கணைப்பினை, *vidi fructus arboris dictæ Atti:*
at non duplicato ப, dicerem, அதிபழநதந
தது, *arbor, Atti dicta, dedit fructus.* Sic dicam,
கடலகனாகணைப்பினை, *vidi littus
maris*; at non duplicato க, dicendum est, கடல
கனாகடந்ததது, *mare transcendit littus:* et sic
de ceteris. Nomina verò hominum non sequuntur
hanc regulam, et nunquam duplicant in simili casu se-
quentem. Sic dicitur, தமிழக, தாணுகத
லை, தபசிசரிதம &c. A regulâ autem uni-
versali excipe aliquot nomina arborum, quæ variant:
aliqua enim addunt *am*. Sic ex புளி, ஏந்தி, ஆ
லை, fit புளியமரம, புளியாங்காய,
புளியம்பழம, ஏந்தியமரம, ஏந்தியா
கோம்பு &c. ஆலமரம, ஆலாங்காய,
ஆலம்பழம &c. Alia mutant ultimam syllа-
bam in *am*. Sic ex இலவு fit இலவம்பூ, இல
வாங்காய &c. ex இலுப்பிசனை fit இலு
ப்பிசினாங்காய, இலுப்பிசிசம்பழம,
&c. ex நாவற்றை fit நாவற்தம்பூ, நாவ
தாங்

Digitized by Google

தருகாய &c. ex பழம் fit பனருகாய &c. Juxta hanc exceptionem nomen cujusdam plantæ grani, கமபு dictæ, habet கமபருகருந்து. கமபநதடை &c. At nomen arboris ஏமபு dictæ, habet ஏமபமரம, ஏமபருகாய, ஏமபமபழம &c. Arbor autem தெருகு dicta, omninò abjectâ ultimâ syllabâ ரு, addit காய, et facit தெருகாய.

28 *Reg.* 12. Si autem hujusmodi nomina desinant per *â* longum, sequuntur regulam decimam num. 26. et duplicant sequentem, sive nomen principale veniat in recto, sive non. Sic dicitur, பிறகக ளலயமா தெதன, et, பிறகக உலநிடடமா, *abscidi pedem columbæ*, et, *columba extendit pedem.* Sic, பலாகக யெதகினெலன, கிளாகக யெததினெலன, *comedi fructum arboris Palâ* et *Vilâ* dictæ. Et, etiamsi veniant in recto, duplicant: sic, பலாகக யெதந்தது, கிளாகக யெதந்தது, *arbor Palâ et Vilâ dedit fructus &c.* Excipe மா et விளா: hæc duo nomina, si veniant in recto, duplicant ex regulâ generali; si vero veniant in obliquo, addunt *m.* Sic in recto; மாபபழதணதநதது, விளாபபழதணதநதது, *arbor Mâ et Vilâ dedit fructus:* at in obliquo dicitur, மாமபழதெதினெலன, விளாமபழதெதினெலன, *comedi fructus arboris Ma et Vilâ;* sic மாருகாய, விளாருகாய &c.

29 *Reg.* 13. Excipe ex superiore regulâ nomina, quæ desinunt per ம, ல, து sine consonanti præcedente: ut ஆம, மாம, ஆல, வயல, எருது &c. Hæc enim, si veniant in obliquo cum alio nomine, et usurpentur more adjectivorum, ut suo loco dicemus, duplicant suam ultimam consonantem, et primam sequentis vocabuli, juxta regulam hîc primò traditam: sic, ஆடை மகுடை, மாடை கொ

டை

Digitized by Google

டுடுலை, ஆமமபபாசலை, வயமமகுபபு, எருதகுகாலை &c. Aliqua nomina, etiamsi ante ultimam syllabam habeant consonantem, illâ abjectâ duplicant ultimam cum sequenti. Sic ex மருநது, *medicamen*, fit மருதது, *saccus, in quo* Indi *medicamina deferunt*. Sic ex இரும்பு, *ferrum*, fit இருபபுபபாலம, *lamina ferri &c.* Attamen ex பரம்பு, *vimen indicum*, fit பிரபபுகுடுலை *lectus ex illo vimine.*

Reg. 14. Nomina, quæ desinunt per ம, si veniant in obliquo, vel ad modum adjectivi cum alio nomine, sæpe ablato ம, addunt தது, et ex regulâ primâ num. 17. duplicant sequentem. Sic ex வேதம fit வேத ததுகுகரியம, ex குளமம fit குளததது தது ணணீர, ex மூகம fit மூகததுசசர யல &c. Hinc, si velim dicere, *littus stagni*, dicendum erat குளதது குகணர, quod sanè error non est: at usus invalut dicendi குளததகுகணர. 30

Reg. 15. Quando scilicet duplicentur dictæ litteræ க, ச, த, ப post nomina, quæ desinunt in ம, et hoc ablato conjunguntur alteri nomini, tanquam adjectiva, principali: adeo incerta res est, ut nihil præcipere audeam. Dicitur enim v. g. குணதது ஈ ணவ duplicato த, et dicitur குணதது ஈணஸ, த non duplicato: et ratio petenda est plerumque à linguâ Grandonicâ, ubi præter *ca* est *ga*; sic *ja* et *cha*, *ta* et *da*, *pa* et *ba*. Hinc ex diversitate litteræ initialis duplicantur, vel non: quæ propterea usu discenda sunt. Falsum autem est, quod alter scripsit: scilicet, si sequatur nomen incipiens per பி ம, semper duplicandum ப, falsum, inquam; siquidem, cùm dicatur, அமமதகுகலை, duplicato க, dicitur tamen அமமதபிமசகுகம, non duplicato ப, etiamsi sit nomen incipiens per பி ம. Sic, non duplicato ப, dicitur சகலபிமகாசம, பிமதான பிமபபு &c. 31

Addo

32 Addo tandem *Regulam* 16. pro verbo ப்தல்லது: hoc enim plerumque duplicat ſuam primam conſonantem ப், etiamſi præcedant nomina, quæ non ſolent duplicare ſequentem. Sic, non duplicato ப், dicitur ஏருப்பூவழி அப்பொட்டானை, இப்பிடிப்போனை, ஆசைப்பிரிது, நிநதைப்பிரிது &c. Si autem his vocibus ſubjiciatur ப்தல்லது, ſtatim duplicatur ப். Sic dicitur, ஏருப்பாட்டை, அப்பாட்டை, இப்பாப்பிடிப்பாட்டை, ஆசைப்பாட்டை, நிநதைப்பாட்டை &c. Sic, பாப்பாட்டை, சந்தேகப்பாட்டை &c. Vide præterea, quæ dicimus num. 129.

§ VI.

DE LITTERIS GRANDONICIS.

33 CUm Tamulenſes vocibus et litteris aliquot à Grandonicâ linguâ commodatis utantur pluries, hic tradam litteras grandonicas, quæ apud Tamulenſes in uſu ſunt. 1. ஜ *xa*, ஜா *xâ*, ஜி *xi*, ஜீ *xî*.

2. க்ஷ *cxa*, க்ஷா *cxâ*, க்ஷி *cxi*, க்ஷீ *cxî*. Loco hujus litteræ ſæpe Tamulenſes ſcribūt ◌் conſonantem et ச: ſic, கசாதி vel கச்சாதி, இசாதகி கிஅது/ vel இச்சாதகி கிஅது/.

3. ஷ pronunciatur ac *x* conſonans ante ப duplicatum, *xta*, ஷ்டி *xti*, ஷ்ணு *xtu*.

4. ஸ eſt *ſ* grandonicum, quod ſuperſcribunt pluribus litteris. ஸ்த, *ſta*, ஸ்ந *ſna* &c. Scribunt quoque ஸ்ம *ſma*, ஸ்ப *ſpa*, ஸ்கி *ſca*, ஸ்து *ſtu*: omnia ex linguâ grandonicâ.

5. ஶ eſt *tra*: et, ſi addas ஸ hoc modo, ஸ்ர erit *ſtra*, ஸ்ரீ *ſtri* &c.

Et

Digitized by Google

Et hæc satis sint de Litteris et orthographiâ linguæ tamulicæ. Quæ omnia sub initio tyronibus proponenda sanè non censeo: licet ordinem insequutus, hîc simul tradenda judicaverim.

CAPUT SECUNDUM
DE NOMINE ET PRONOMINE.
§ I.
De Declinatione Nominum.

EX litteris ac syllabis, de quibus hactenus egimus, voces finguntur, inter quas, cùm potiorem in oratione partem sibi vindicet nomen, de hoc primò agendum est. Nomen, quod Tamulenses ad distinctionem verbi, பெயர் *peyer* vocant, propriè non est in hâc linguâ nisi unius declinationis: omnium quippe nominum casus unico declinantur modo. Numerant ipsi octo casus, quos communi vocabulo dicunt வேற்றுமை *vêttumei*, id est, *differentia*; et eos nominant ex formâ terminationis, v. g. accusativus, cùm desinat in *ai*, vocatur ஐயாற்றுபதவேற்றுமை, *caſus ai diſtius*; et sic de ceteris: excepto tamen nominativo, quem பெயர், id est, *nomen* vocant; et vocativo, quem dicunt விளிவேற்றுமை, id est *caſus vocandi* à verbo விளிக்கிறது, *vocare*. Octo, inquam, ipsi numerant casus: duo autem, quos casibus nostris addunt, ad ablativum reduci possunt, ut infra exponam. 34

Terminationes casuum sunt hæ. 1) *Genitivus* desinit in இன், vel இன அல்லது, vel உடைய. Sic ex nomine மலை, *mons*, fit மலையின், vel மலை யினுடைய, vel மலையுடைய. Tamulenses in linguâ sublimiori nunquam terminant Genitivum per vocem உடைய, sed vel per இன், vel per அது, vel per இன் அது. Sic, மலை 35

Digitized by Google

உலகின், மஉலகினது, மஉலகது. Hoc modo utimur aliquando in linguâ ordinariâ. Sic, தனதுஇக, நமதுஇக &c. loco dicendi தனஇடமாக, நமமுஇடமாக &c. Sic, ஆரதுஇநதகுதிஈர, *cujus est hic equus &c.* 2) *Dativus* desinit in கு: sic மஉலகு. 3) *Accusativus* in *ai*: மஉலஐ. 4) *Vocativus* plerumque in *ê*: மஉலகே. 5) *Tres* ablativos formant, ut supra dixi. *Ablativus quietis* vel *existentiæ* desinit per இல, vel இடதில: மஉலகில, vel மஉலகிடதில. 6) *Ablativus instrumenti* seu *causæ* desinit per ஆல, vel இனல: மஉலகால, மஉலகினல. 7) *Ablativus societatis* et aliquando *instrumenti* desinit per ஒடு vel ஓடுஉ: மஉலகொட, vel மஉலகினோடுஉ. Adverte, his tribus ablativis posse addi litteram *ê*, et dici மஉலகிலை, மஉலகினலை, மஉலகினோடுஉடை. Addunt aliqui tres alios casus, quos ablativos vocant: scilicet மஉலககட, மஉலஐயகுமதது, மஉலஐயகஇகாண. Attamen omninò impropriè istæ phrases adnumerantur ablativo, quod certè Tamulenses in suâ Grammaticâ non faciunt. Siquidem மஉலககட non est nisi dativus commodi, மஉலககு cum infinitivo ஆக, à verbo ஆகிமது, *fieri*; qui infinitivus, ut capite quarto fusiùs dicam, significat præter alia, *ut fiat, ut prosit*: adeoque எனககட, est, *ut profit mihi, propter me*. Secunda phrasis, மஉலஐயகுமதது, est casus accusativus cum gerundio குமிதது, à verbo குமிகிமது, *intendere*: unde illa phrasis est, *intendendo montem, respectu montis*. Sic, அமதஐதகுமிதது சசய, vertitur, *intentione virtutis operare*. Tertia phrasis, மஉலஐயகஇகாண, est accusativus cum gerundio இகாணஉ, à verbo இகாளஉகிமது, quod præter alia significat

Digitized by Google

significat *assumere*; adeoque hæc phrasis benè explicatur per ablativum instrumenti seu medii, *per*: தவத்தினதகதகாரணத்தாகனாயேயிறந்தனர், vertitur, assumendo pœnitentiæ medium, seu mediante pœnitentiâ salvus factus est, *per pœnitentiam salvus est*.

Dixi superiùs, vocativum plerumque terminari litterâ ê, quæ nullâ factâ mutatione additur nominativo. Dixi *plerumque*, quia, licet omnia nomina sic benè possint formare vocativum, sæpe tamen Tamulenses pluribus aliis quoque modis utuntur. Quarè relictis, quæ ad linguam tantùm sublimem spectant, proponam, quæ sunt in usu linguæ vulgaris, per aliquot regulas, quarum *prima* sit: Nomina, quæ desinunt per ஐ, ut தங்கை, *soror minor*, மங்கை, *mulier* &c. formant etiam vocativum mutando *ai in â* vel *ây*. Sic, தங்காய், தங்காய; மங்காய், மங்காய. *Reg.* 2. Quæ desinunt in *i*, ut தம்பி *frater minor*, mutant *i* breve in *î* longum, தம்பீ &c. *Reg.* 3. Quæ desinunt in ன் cum antecedente brevi, ut அப்பன், *Dominus*, *Pater*, கர்த்தன், *Dominus* &c. hæc vel per simplicem detractionem formant vocativum, ablatâ scilicet ultimâ consonanti, அப்பா, கர்த்தா; vel ablatâ ultimâ consonanti, mutant *a* breve in *â* longum, அப்பா, கர்த்தா; vel etiam huic addunt vel *ê* vel *ô*, et dicunt, அப்பாவே, கர்த்தாவே, vel அப்பாவோ, கர்த்தாவோ: et hoc ultimum proprium est vocantis cum dolore. Item aliqua ablato ன் mutant *a* in *ê*, et ex அண்ணன், *frater major*, fit அண்ணே. *Reg.* 4. Quæ desinunt per ன் cum antecedenti longâ, variant hôc modo: vel antecedens est *ô*, ut மூதாதோன், *antiquus*, பூர்வதாதோன், *Creator* &c. et tunc ablato ன் addunt ய consonantem, மூதாதோய, பூர்வதாதோய &c. vel antecedens est *â*, ut வேளாளன், et tunc, ablato tantummodò ன், dicunt வேளாளே. *Reg.* 5.

Digitized by Google

Quæ desinunt per ஙர், vel in singulari, ut திங்கள், *Luna*; vel in plurali, ut plerumque nomina fere omnia, v. g. மகக்கள், *filii*, பாவிக்கள், *peccatores &c.* formant vocativum vel per *ê*, modo communi, vel mutando ultimum *a* breve ante ஙர் *in â* longum, et fit, திங்காள், மகக்காள், பாவிக்காள் &c. et hic modus multò elegantior est.

37 Terminationes casuum, quas dixi, scilicet ஐன, கு, ஐ, ஏ, ஆல, ஆல, ஏடு sunt quidem communes omnibus nominibus, et tam numero *singulari*, quem ஏருமம, quàm *plurali*, quem பன்மம vocant: attamen, licet plerisque nominibus omninò invariato nominativo addi soleant illæ terminationes, ut videre est in superiùs allato exemplo nominis மஉல; sunt aliqua nihilominùs, quæ, ut a nominativo ad aliorum casuum terminationes perveniant, in viâ non nihil variantur, quæ hîc referam. Omnia Nomina hujus linguæ desinunt vel sequentibus vocalibus, ஆ, மாதர், *mater*; ஐ, தமபி, *frater*; ஈல, ஈல, *musca*; உ, மருநது, *medicina*; ஊர், பூ, *flos*; ஐ, மஉல, *mons*: vel desinunt sequentibus consonantibus ண, கண், *oculus*; ம, முகம, *vultus*; ய, வாய, *os, oris*; ர, மயிர, *capillus*; ல, மயில, *pavo*; ழ, புகழ, *laus*; ர், தூர், *pulvis*; ன, பலன, *præmium*. Ex his si excipias, quæ desinunt per ம, cætera omnia invariatâ figurâ recti, addendo supradictas casuum terminationes, benè declinantur. Adverte tamen juxta regulas, quas dedimus num. 13. et 14. iis, quæ desinunt per *â*, vel *û*, interponendam esse, tanquam unionem, litteram வ: மாதர, மாதாவின &c. பூ, பூவின &c. Iis vero, quæ desinunt per ஐ, ஈல, vel ஐ, interscribendum ய: தமபி, தமபியின; ஈல, ஈலயின; மஉல, மஉலயின &c. Quæ desinunt per *u*, plerumque, ut ibidem diximus, elidunt ரு *u*: மருநது, மருநதின &c. Ex his excipe, quæ

ibi

Digitized by Google

ன் quoque diximus non elidere *u*, ſed addere வ: நடு, நடுவினை; குரு, குருவினை &c. ஆது, அது, eliſo *u*, habent, ஆதினை, அதினை &c. Quæ verò deſinunt per conſonantem, ſuperaddunt ultimæ conſonanti vocalem, per quam formantur terminationes caſuum, duplicatâ illâ conſonanti, ſi ſit monoſyllabon breve. Sic, கண ணினை, வாயினை, மயிரினை, மயிலினை, புகழினை, தூவினை, பலனினை. Præterea terminatio dativi eſt கு, ut diximus: nomina tamen, quæ deſinunt per aliam vocalem, quæ non ſit ஐ, ஆ, ஈ, ſeu deſinunt per conſonantem, quæ non ſit ய, interponunt உ, et fit உகு. Sic, மாதா, மாதாவுகு; பூ, பூவுகு; மது, மதுவுகு; கோ, கோவுகு &c. Quæ tamen deberent elidere *u* finale, ut மருந்து, கழுதது &c. habent மருந்துகு, கழுததுகு &c. Quæ verò deſinunt per conſonantem, ut dixi, habent உகு. Sic, கண், கணணுகு; மயிர், மயிருகு; மயில, மயிலுகு; புகழ, புகழ்கு; மகள, மகளுகு; மகன, மகனுகு &c. Quæ verò deſinunt per ஐ, ஆ, ஈ vel ய conſonantem, non addunt உ. Sic, மலைகு, தமபிகு, ஈகு, நோயகு, நோயகு &c. Quod fieri poteſt in deſinentibus per ர், ல், ன், mutato tamen ல et ன in ற்: ſic, பயிர, பயிர்கு; மயில, மயிறகு; மகன, மகறகு; அவன, அவறகு &c. Præterea pronomina in dativo addunt வு, et fit அகு: ſic, எனகு, உனகு, தனகு, நமகு, உமகு, தமகு. Aliqua tandem nomina, quæ tempus important, addunt ஐ, et fit ஐகு: ſic, நாள, *dies*, habet, நாளைகு; இபபோது, *nunc*, இபபோதைகு; இனற, *hodie*, இனறைகு; அனற, *tunc*, அனறைகு; எனற, *quando*, எனறைகு; எனற, *ſemper*,

ம, *semper*, எனனமகுமம; sic எனடமனனமகுமம &c. Hæc tamen in aliis casibus servant regulam communem.

38 Ad faciliorem horum intelligentiam addam hîc per casus declinatum Nomen, ad exemplum cæterorum.

N. மாதா, mater.

G. மாதாவினா vel மாதாவினுடைய vel மாதாவுடைய, matris.

D. மாதாவுககு, matri.

Ac. மாதானவ, matrem.

V. மாதாவே, o mater!

Abl. 1. மாதாவில vel மாதாவிடதது vel மாதாவினிடததில, in matre.

2. மாதாவால vel மாதாவினால, ex matre vel a matre.

3. மாதாவோட vel மாதாவிடனட, cum matre.

His autem tribus Ablativis addi potest, ut dixi, ல in fine, மாதாவிலல, மாதாவினலல, மாதாவோடல.

39 APPENDIX. Nomina, quæ desinunt in ட vel ம, ante quas syllabas non præcedat consonans, sed præcedat vel una syllaba, quæ sit longa, ut வீட, *domus*, ஆம, *flumen*, &c. tunc figura recti in obliquis, excepto vocativo, duplicat consonantem ultimam ட vel ம, et deinde assumit supradictas casuum formas, elidendo semper *u*. Sic ex வீட fit, வீடடால, வீடடுககு, வீடடை, வீடே, வீடடில, வீடடினல, வீடோட. Sic ex ஆம fit, ஆமமினா, ஆமமுககு, ஆமனம &c. Hæc regula est universalis, etiam in dissyllabis; si tamen, ut diximus, prima sit longa: si enim prima esset brevis, sequeretur regulam generalem. Sic ex நாட, *regio*, fit நாடடால &c. quia prima est longa: sed ex நட, *medium*,

Digitized by Google

dium, quia prima est brevis, non fit நடினை, sed modo omnibus communi, நடுவினை &c. Sic ex மம்மை, *macula*, cùm prima sit brevis, non fit மம்மினை, sed மம்மைவினை &c. Pariter, si ante டு vel ம்மை præcederent quidem breves, sed plures syllabæ: tunc, duplicato ட vel ம், sequi debemus regulam hujus appendicis. Sic ex தகடு, *lamina*, fit, தகட்டினை, தகட்டுகளை &c. ex கயம்மை, *funis*, fit, கயம்மினை, கயம்மைகளை &c. Hic maximè animadvertendum est, ne loco scribendi ம்ம் scribatur த், etiamsi hæc videantur pronunciari fere eodem sono: siquidem regula generalis est, quæ ex ம்மை in oratione duplicant ம், nunquam posse scribi per த். Sic ex தெம்மைகிறது, fit தெம்மைக்கிறது: ex வெம்மை, fit வெம்மை &c. Nec levis momenti regulam hanc esse judicet aliquis: siquidem, si scribas v. g. வயத்தை, est accusativus à வயம், *vis*; et வயம்மை, accusativus a வயம்மை, *venter*. Sic, பயத்தை, à பயம், *timor*: et பயம்மை, à பயம்மை, *legumen* &c. Quarè diligenter hæc regula observanda est.

Nomina tandem, quæ desinunt per ம, (excepto vocativo, ubi, nullâ factâ mutatione, addunt *ê*,) in aliis casibus, ablato ம, addunt duplicem த், cui uniuntur terminationes casuum. Sic ex முகம் *vultus*, fit G. முகத்தின் vel முகத்தினை, D. முகத்துக்கு, Ac. முகத்தை, V. முகமே, Abl. 1. முகத்தில் vel முகத்திடத்தில், Abl. 2. முகத்தால் vel முகத்தினால், Abl. 3. முகத்தோடு vel முகத்தினோடு. 40

Diximus, illas terminationes casuum esse communes etiam numero plurali: satis igitur est scire regulam, quâ e nominativo singulari fiat pluralis, quæ varia est. Sit ergo *Reg.* 1. Nomina, quæ desinunt in vocalem longam, semper effingunt pluralem addendo கள்: sic ex கீ, கீகள்; ex கிடா, கிடாக்கள், 41

கள்; ex எ, எகள்; ex பூ, பூகள் &c. *Reg.* 2. Quæ desinunt in ி, ு, ை, in plurali, non duplicato க, habent கள்: sic ex விழி, விழிகள்; ex மணி, மணிகள்; ex விருந்து, விருந்துகள்; ex எருது, எருதுகள்; ex மரடி, மரடிகள்; ex மலை, மலைகள்; ex ஆ உலை, ஆ உலைகள் &c. Ex his excipe primò nomina hominum, quæ licet possint habere pluralem juxtà hanc regulam, pleramque illum terminant quoque per மார்: sic, சுவாமிகள் vel சுவாமிமார, ெசட்டிகள் vel ெசட்டிமார, தமபிகள் vel தமபிமார, தமகணிகள் vel தமகணிமார &c. Excipe præterea plura, quæ desinunt per *u*, quæ in plurali duplicant க: sic, குருக்கள், சதுருக்கள், சமமனசுக்கள், ெபணடிக்கள், தெருக்கள் &c. de quibus præter usum certa regula assignari non potest. *Reg.* 3. Quæ desinunt per consonantem, addunt கள்: sic, கணகள், மூக்கு கள், வாயகள், மயிர்கள், மயில்கள், புகழ்கள், தூண்கள், பலன்கள் &c. Ex his excipe, quæ sunt masculina, et desinunt per ன; hæc enim in plurali mutant ன in ர்: sic v. g. மூதெதான, மூதெதார; தெவன, தெவர்; கமதன, கமதர்; மனஉடன, மனஉடர்; ஊரான, ஊரார &c. Ex his excipe மகன *filius*: licet enim in sublimi linguâ benè pro plurali dicam மகர், *magnæ*, *filii* et *filiæ*; in vulgari tamen non est in usu, et dicitur மகள். Excipe தகபன, அணன, தெழன, ex quibus fit தகபமார, அணமார, தெழமார: hoc ultimum dicitur etiam தெழர். Adverte, quod, quæ in plurali habent ர், huic addere possunt கள்: sic, தெவர், தெவர்கள் &c. Excipe tandem pauca, quæ, licet desinant per consonantem, duplicant க in

Digitized by Google

க in plurali: ut ex ஆள், ஆளகள்; ex நாள், நாளகள்; et tamen ex வாள் non fit வாளகள், sed juxta regulam generalem வாளகள்: his omnibus usus pro regulâ constat. Adverte tamen hîc, ut ipsi apertè docent, nomina neutra sæpe usurpari in singulari pro numero plurali. Sic பதகுகுதிரை, *decem equi*; மரமெலலாம, *omnes arbores*; பலகறி, *plura fercula* &c.

42 Dato autem juxtà has regulas nominativo, numerus pluralis adhuc faciliùs declinatur, quàm singularis: omnibus enim indiscriminatim, nullâ a nominativo mutatione factâ, adduntur terminationes casuum, quas supra retuli. Sic v. g. N. மரகளள், G. மரகளளின vel மரகளளுடைய, D. மரகளளுகு, Ac. மரகளள, V. மரகளளே, Abl. 1. மரகளளில vel மரகளளிடதில, Abl. 2. மரகளளால vel மரகளளினால, Abl 3. மரகளளோட vel மரகளளினோட.

§. II.

De Adjectivis.

43 NOmina adjectiva Tamulenses vocant உரிசசொலல, ac si dicerent *voces proprietatis*. Abundat hæc lingua nominibus propriè adjectivis, licet in vulgari paucis utamur: v. g. பல, *plures, plura*; சில, *aliqui, æ, a*; நல, *bonus, a, um*; புது, *novus, a um*; எலாத, *universalis, e*; அரிய, *difficilis, e*; பெரிய, *grandis, e*; சிறிய, *parvus, a, um*; உரிய, *proprius, a, um*; இனிய, *dulcis, e*; &c. Præter hæc vocant adjectiva ipsa nomina substantiva, si adjectivo more usurpentur, hoc modo. 1) Quæ desinunt per ம, plerumque hôc ablatô, junguntur alii nomini, et fiunt adjectiva. Sic ex ஞானம, *spiritualitas*, fit, ஞானபோசனம, *cibus spiritualis*;

ritualis; ex சுததம, *puritas*, fit சுததமனசு, *voluntas pura* &c. Alio quoque modo hæc fiunt adjectiva, mutato ſcilicet ம in த. Sic ex புறம, *exterioritas*, fit vel புறபுபாருள vel புற தபுபாருள, *res exterior*: ex முகம, *vultus*, fit vel முகசசாயல vel முகதசசாயல, *figura vultus*: ex சுரம, fit சுரபாதை vel சுரதபாதை, *via per deſertum* &c. 2) Quæ deſinunt per ணை, plerumque hoc ablato, addunt *iya*, et fiunt adjectiva. Sic ex கரபிணை, *barbaries*, fit கரடியமனசு, *voluntas barbara*: ex அருமை, *difficultas*, fit அரியகடி உரை, *præceptum difficile* &c. 3) Quæ deſinunt in ற, ன, ல ſimplici, fiunt adjectiva, duplicando ற, ட, ல. Sic ex எருது, *bos*, fit எருதுபாரு ம, *pondus, quod ſolet ferre bos*. ex கரன, *ſylva*, fit கரடவழி, *via ſylveſtris, per ſylvam*: ex வயல, *venter*, fit வயலவலி, *dolor ventris*: ex ஆல, *flumen*, fit ஆலமணல, *arena fluminis* &c. Adde etiam, quæ deſinunt per *mbu*: hæc enim, mutato plerumque *m* in *p*, fiunt adjectiva. Sic ex இரும்பு, *ferrum*, fit இருபுகோல, *virga ferrea* &c. 4) Tandem cætera nomina, nullâ factâ mutatione, ſi addantur aliis nominibus, ſumuntur ut adjectiva: ſic, குளிர்காலம, *ventus frigidus*; கல்வீன, *domus lapidea*; பொறுமை மனுஷன, *homo patiens* &c. Utuntur præterea aliis phraſibus, quæ æquivalent quidem adjectivis: at nec ipſi vocant, nec vocari debent adjectiva. Scilicet ſi nomini, quod inſtar adjectivi ſumere volumus, addatur participium ஆன vel ஆய, et dicatur, சுததபோயமனசு, vel சுததமான மனசு, poteſt quidem verti, *voluntas pura*: propriè tamen eſt voluntas, quæ habet puritatem, vel quæ eſt puritas. Unde phraſes ſunt, non adjectiva.

44 Regulæ, quæ ſpectant ad uſum Adjectivorum, faci-

les

Digitized by Google

les omnino ſunt: ſiquidem adjectiva omnia nunquam, nec genere, nec numero, nec caſu variantur. Animadvertendum hoc unum eſt, ut ſemper anteponantur immediatè nomini principali. Excipiunt aliqui எல்லாம, quod poſtponitur; attamen non eſt excipiendum, ſiquidem eſt nomen ſubſtantivum, quod ſi fiat adjectivum, more omnium, quæ deſinunt per ம, hoc ablato, ſemper anteponitur: ſic எல்லாச் சாதிகளார், *omnes tribus*, எல்லாப் பொருளார், *omnia entia*. Si vero poſtponatur, pro genere neutro dicitur எல்லாம, et meliùs எல்லாமும; pro maſculino autem et foeminino dicitur எல்லாருமம, et tunc declinatur more ordinario: எல்லாமுமை, எல்லாதனிமம, எல்லாதனுகுமம, எல்லாதனதையும &c. ſic, எல்லாருமம, எல்லாருனிடையுமம, எல்லாருகுமம, எல்லாரையும &c.

§. III.

De Pronominibus.

EX Pronominibus demonſtrativa vocantur சுட்டு 45
நெசெனல; quæ vero interrogationi inſerviunt, வினாசெனல: ſiquidem சுட்டுநிகழ்து eſt, *demonſtrare*, et வினவுகிறது eſt, *interrogare*. In hâc autem linguâ non ſunt pronomina relativa, præter voces, quæ inſerviunt interrogationi, nec poſſeſſiva: derivativa autem, licet ſint in dialecto elegantiori, செந்தமிழ dictâ, in hâc non ſunt in uſu. Pronomina primitiva, *Ego*, நான, *Tu*, நீய, *Nos*, நாம, vel நாங்கள, *Vos*, நீங்கள, variant multum in ſuâ declinatione, ut ſtatim patebit. Cætera declinantur eodem modo ac nomina ſubſtantiva, nec in obliquo multò differunt a recto. Sit ergo: நான, *Ego*, G. என° vel எனனை—ய, D. எனகு, Ac. எனஉன, Abl. 1. எனனீல vel எனனிட—தில, Abl. 2. என

Digitized by Google

னுல, Abl. 3. எனனுனுடு Sic, நீய, *Tu*, G. உன vel உனனுடைய, D. உனககு, Ac. உன உன, Abl. 1. உனனில vel உனனிடதில, Abl. 2. உனனுல, Abl. 3. உனனுனுடு. Sic, தான, *Ipse, a, um*, G. தன vel தனனுடைய, D. தனககு, Ac தன உன, Abl. 1. தனனில vel தனனிடதில, Abl. 2. தனனுல, Abl. 3. தனனுனுடு. Hoc pronomen tum usu, tum significatione æquivalet reciproco *suus, a, um*, et *sui, sibi, se*: hoc uno differt, quod pluralem habet, ut infrà dicam, quem non habet reciprocum, *sui, sibi, se*. Hæc autem tria pronomina duplicem pluralem habent: ex நான fit நாம et நாஙகள, *nos*; ex நீய fit நீர et நீஙகள, *vos*; ex தான fit தாம et தாஙகள, *ipsi*. Ex his நாம, நீர, தாம usurpantur ad honorem pro singulari numero; ac si Rex v. g. diceret, நாஙகளுடைய ஆளாயிடுவோம, *nos præcepimus*; et ad honorem filius diceret Patri, நீரிரும, *sedete vos*, loco dicendi நீயிரு, *sede tu*: sic, குருதானுமெவநதார, *Sacerdos ipse venit*. Ex his நாம in obliquo habet G. நமது vel நமமுடைய, et நீர habet, உமது vel உமமுடைய, et தாம habet, தமது vel தமமுடைய: sic in aliis casibus declinantur, ut in singulari, நமகது, உமகது, தமகது; நமமை, உமமை, தமமை &c. Hîc adverte, hæc tria pronomina etiam in singulari habere genitivum per அது: sic எனது, உனது, தனது, et in utroque etiam numero formare dativum non in உகது, sed in அகது, ut patet ex dictis: எனகது, உனகது, தனகது, நமகது, உமகது, தமகது, quod alibi nunquam fit.

46 நாம *Nos*, utimur non solùm pro singulari honorifico, ut diximus, sed etiam pro plurali: attamen differt a plurali நாஙகள, *nos*. Differentia autem hæc est: நாஙகள includit loquentem et alios, quos ex contextu

contextu apparet velle includi, et ſemper excludit eum vel eos, cum quibus loquimur; நாம vero includit loquentes et audientes. Sic alloquendo neophytos, non diceremus benè, நாங்கள் கிறிஸ்துவர்கள்: eſſet enim, ac ſi diceremus, *nos ſacerdotes ſumus Chriſtiani, vos autem non*, quod eſt falſum: ſed ipſos quoque includendo, dicendum eſt, நாங்கள் கிறிஸ்துவர்கள். At ſi gentiles alloquamur, cùm illi non ſint Chriſtiani, non நாம, ſed, ut illos excludamus, dicendum eſt, நாங்களல்லாத கிறிஸ்துவர்கள். Modus autem declinandi, நாங்கள், *Nos*, நீங்கள், *Vos*, facilis eſt: utrique ſcilicet ablatâ primâ ſyllabâ, ejus loco illi addatur *e* brevis, huic autem *u* brevis, et in fine coujungantur terminationes communes caſuum. Sic ex நாங்கள், fit G. எங்கள் vel எங்களுடைய, D. எங்களுக்கு, Ac. எங்களை &c. Ex நீங்கள் fit G. உங்கள் vel உங்களுடைய, D. உங்களுக்கு, Ac. உங்களை &c. At தாங்கள், *ipſi*, mutando *â* longum in *a* breve, eodem modo declinatur: G. தங்கள் vel தங்களுடைய, D. தங்களுக்கு, Ac. தங்களை &c.

Adhúc faciliùs declinantur alia pronomina: இவன், *iſte*, இவள், *iſta*, இது, *iſtud*; அவன், *ille*, அவள், *illa*, அது, *illud*; எவன், *quis*? எவள், quæ? எது, quid? Sequuntur enim regulam communem, ſine ullâ mutatione: இவனுடைய, இவனுக்கு, இவனை, இவனிடத்தில், இவனால், இவனோடு; et ſic cætera maſculina et fœminina. Neutra verò elidunt *u*, et fit இதின் vel இதினுடைய, இதற்கு vel இதனுக்கு, இதை vel இதனை vel இதனை, இதில் vel இதினிடத்தில், இதனால், vel இதினால் vel இதனால், இதோடு vel இதனோடு: et ſic reliqua. In numero autem plurali maſculina mutant ன in ர்: இவர், அவர், எவர், G. இவருடைய, D. இவருக்கு

Digitized by Google

இவருககு vel இவர்ககு &c. modo communi: et hoc plurali utimur pro singulari honorifico. Alius est pluralis, qui primo addit கள: இவர்கள, அவர்கள, எவர்கள; et inserviunt hæ voces plurali tum masculino, tum fœminino, et declinantur quoque modo communi: இவர்களுடைய, இவர்களுநககு &c. Bragmanes præcipué pro இவரகள, அவர்கள, dicunt இவாள, அவாள, *ivâl, avâl:* quod reverà nullâ firmatur regulâ. Loco pronominis எவன, *quis? &c.* est quoque vox ஆர vel யார, quæ inservit singulari et plurali, masculino et fœmineno: ஆரிவன, ஆரிவள, ஆரிவர்கள &c. et declinatur more ordinario: ஆருடைய, ஆருககு, ஆர &c. Pronomina verò neutra fiunt pluralia, addendo கள: sic, இதுகள, அதுகள, எதுகள, G. இதுகளுடைய, D. இதுகளுநககு &c. more ordinario.

§. IV.

De Pronomine Adjectivo.

48 IN hâc linguâ sunt voces quædam, quæ significant quidem ut pronomina, sed, ut suprà diximus de Adjectivis, nunquam, nec genere, nec numero, nec casu variant, sed semper immediatè uniuntur suo substantivo: hinc hujusmodi voces placuit vocare Pronomina Adjectiva. Sunt autem 1) இந்த, *hic, hæc, hoc.* 2) அந்த, *ille, illa, illud:* ut அந்தசசாதி, *illa tribus;* அந்தககனனி, *illa virgo;* அந்தககாடு, *illud nemus.* 3) எந்த, *quinam? quænam? quodnam?* எந்தசசொலலிது, *quænam vox hæc? &c.*

49 Tamulenses utuntur quoque aliis vocibus pro hoc adjectivo. 1) Pro இந்த dicunt இனன, pro அந்த, அனன, pro எந்த, எனன: significatio et usus est idem; differunt hoc uno, quod istæ non duplicant sequentem, ut primæ; dicitur இந்தசசொல, et இனனசசொல &c. Ex his எனன usurpatur non

Digitized by Google

tur non ſolùm ut adjectivum, ſed etiam per ſe; et, ſi anteponatur verbo, ſignificat, *quid?* எனனெசொனனீயா, *quid dixiſti?* ſi poſtponatur verbo; ſignificat, *numquid?* சொனனீயெனன, *numquid dixiſti?* ſi autem எனன poſtponatur verbali à participiis, ſignificat, *quid?* vel *quarè?* Sic, நீயசொனனதெனன, *quid dixiſti?* நீயிபடிசொனனதெனன, *quarè ſic dixiſti?* Præterea ex his tribus adjectivis fiunt pronomina ſubſtantiva hoc modo: இனனீன, *iſte* vel *qualis*, இனனீலா, *iſta* vel *qualis*, இனனது, *iſtud* vel *quale*; அனனீன, *ille*, அனனீலா, *illa*, அனனது, *illud*; எனனீன, *quis?* எனனீலா, *quæ?* எனனது, *quid?* quæ omnia benè declinantur: இனனீனயுடைய, இனனீனகு &c. ſic, எனனதின, எனனதத்தகு, எனனதனத &c. Dicitur autem இனனீனவநதான, *iſte venit*, vel *talis homo venit &c.* Significant etiam idem ac *quinam*, *quænam*, *quodnam*. Sic, அவனுயினனீனெனறான, dixit, *quinam eſſet ille*; நீயசெயதபாவமினனதெனறுசொலலு, *dic*, *quodnam ſit peccatum*, *quod feciſti &c.*

a) Breviùs adhuc pro tribus his adjectivis utuntur his tribus litteris இ, அ, எ, quas vocant சுடடெழுதது, *litteræ indicativæ*: ſic, இபபடி eſt இநதபபடி; அதத்துவாய eſt அநதத்துவாய; எவவாறு eſt எநதவாறு &c. Ad harum litterarum uſum regula ſit: ſi vox, cui iſtæ litteræ conjunguntur, incipiat per vocalem, interponuntur ſemper duo *v* conſonantes; ſic ex உளது fit இவவளது, அவவளது, எவவளது &c. Si ſequens vox incipiat per conſonantem, hæc, quæcumque ſit, ſemper iſta ipſa duplicatur: ſic ex கனை, இககனை; ex டோது, இடடோது; ex மாதிரம, இமமாதிரம; ex வணணம, இவவணண

Digitized by Google

வணணம; ex நரவ, இநநரவ: nec potest scribi இனனவ; non enim tunc duplicata esset eadem littera, quæ est ந, sed loco illius substitutæ aliæ, et இனனவ, ut supra diximus, est pronomen fœmininum. Eodem modo அகனா, எகனா; அபபொது, எபபொது &c. Hic modus elegans et facilis admodùm est, ac in aliquot dictionibus multùm in usu, eoque semper eleganter uti possumus. Hinc, cùm aliqui, ut dicant v. g. *hoc littus fluminis*, dicunt இநதவிகனா, ineptè omnino errant; est enim idem ac dicere, *istud hoc littus*, cùm sufficiat dicere vel இகனா, vel இநதகனா; utrumque enim bene significat, *hoc littus:* eodem modo non, அநதவகனா, sed, vel அகனா, vel அநதகனா, *illud littus &c.*

§. V.

De Generibus.

51 EX hactenus dictis, diversitas Generum in hâc linguâ vel nulla esse, vel non esse necessaria videtur: siquidem, cùm genera per adjectiva et articulos apud nos distinguantur, Tamulenses, ut diximus, nec adjectiva nec articulos genere discriminant. Attamen, quod huic linguæ singulare est, isti genera distinguunt per tertiam personam verborum: et, cùm nos pro quolibet genere dicamus, v. g. *venit*, Tamulenses pro masculino dicunt வநதான, pro fœminino வநதாவ, pro neutro வநதது, ut sequenti capite fusiùs dicemus. Pronomina quoque, *iste, ille, quis? ista, illa, quæ?* benè genere distinguunt, ut suprà diximus: இவன, இவள, இது; அவன, அவள, அது &c. Regulæ tamen generum in hâc linguâ nullius ferè negotii sunt. Grandonicè genera dicuntur லிஙகம: hinc masculinum புலிஙகம, fœmininum vero வரகி லிஙகம, neutrum tandem நெலசகலிஙகம. Tamulicè autem genera communi

voce

voce dicuntur திணை: primò Tamulenſes diſtinguunt duo tantum genera, quorum primum உயர்திணை, *ſublime genus*, vocant: ſecundum verò, அஃறிணை, ubi hæc littera ஃ communis in linguâ ſublimi, et ஆயுதவெழுத்து dicta, pronunciatur ut *g* conſonans gutturale; unde dicitur *Agrinei*, id eſt, *genus inferius*, et eſt neutrum. Primum autem eſt commune maribus et fœminis: quod poſteà diſtinguitur in ஆண்பால, *âṅpâl*, et eſt maſculinum; பெண்பால, *peṅpâl*, et eſt fœmininum. Omnia autem rationalia ſunt ex ſublimi genere; inter quæ Deus, Angeli et homines ſunt maſculini generis; mulieres, fœminini; cætera omnia ſine exceptione ſunt neutra. Inter maſculina Deus et Angeli in neutro quoque genere uſurpantur; hominibus pariter, quos maxime honorare volunt, aliquando neutrum genus copulant: ſic, குருசுவாமியெழுந்தருளினது, *venit ſacerdos &c.* Excipe præterea nomen புத்திரன், quando ſignificat *filius*: illo enim et in maſculino et in neutro genere utuntur. Nomen autem குழந்தை, *infans*, ſemper neutrius generis eſt.

CAPUT TERTIUM
DE VERBO.

§. I.

De Conjugatione Verborum, et primò de Præſenti.

VErbum, quod Tamulenſes வினை vocant, conjugatur, ut apud nos, tribus perſonis, quas இடம் nominant: quarum primam தன்மை, ſecundam முன்னிலை, tertiam படர்க்கை dicunt. In primis duabus perſonis non diſtinguunt genera, ſed tantúm in tertiâ; et hæc ipſa in ſingulari numero tantúm diſcernitur genere maſculino, fœminino

§. 1.

fœminino et neutro: at in plurali neutrum tantùm à non neutro distinguitur, et eadem vox inservit tum masculino, tum fœminino. Prætereà Tamulenses tria tantúm distinguunt tempora, quæ மூகாலம vocant: sunt autem நிகழ்காலம, *tempus defluens*, et est tempus præsens; இறந்தகாலம, *tempus elapsum*, et est præteritum; எதிர்காலம, *tempus occurrens*, et est futurum. Terminationes omnium temporum in fine eædem omnino sunt. Scilicet pro numero singulari *prima* persona in fine habet ஏன°, *secunda* ஆய°, *tertia* masculina ஆன°, fœminina ஆள°, neutra vero து vel in futuro உம°. Pro plurali *prima* haber ஓம, *secunda* ஈர்கள, *tertia* masculina et fœminina ஆர்கள: neutra verò, ut in singulari. Præter has addunt aliam secundam et tertiam personam, quibus pro numero singulari utuntur in signum honoris: ex quibus secunda persona desinit per ஈர், et tertia per ஆர். Quarè satis est ad conjugationem Verborum, scire primam personam cujuscumque temporis, et, mutatâ tantummodó terminatione juxta regulam modo traditam, facilè conjugantur quælibet verba. Aliqua difficultas est, invenire primam formam temporum, pro quo sint hæ Regulæ.

53 De Præsenti nulla sanè difficultas: cùm enim Verba omnia nominentur à verbali கிறது, duplicato vel non றகர, mutando hanc terminationem in கிறேன, habemus primam personam Præsentis, et ex hâc alias. Hinc கிறாய est secunda vulgaris, கிறீர் secunda honorifica, கிறான tertia masculina vulgaris, கிறார் tertia honorifica, கிறாள tertia fœminina, கிறது tertia neutra. Et hæc pro singulari: in numero autem plurali கிறோம prima persona, கிறீர்கள secunda, கிறார்கள tertia pro masculino et fœminino, கிறன tertia neutrius. Sic ex verbo செயகிறது, *facere*, Præsens est:
செயகிறேன, facio. செயகிறாய, facis.

செய

செயகிறேர், *id. honor.*
செயகிறனா, ille facit.
செயகிறர், *id. honor.*
செயகிறவா, illa facit.
செயறது, illud facit.
செயகிறோம், facimus.
செயகிறீர்கள், facitis.
செயகிறார்கள், illi vel illæ faciunt.
செயறன, illa faciunt.

Addo, tertiam personam neutrius, loco desinendi in றது, ut diximus, desinere quoque in ஆது. Verba scilicet, quæ ante கிறது habent *a*, abjecto கிறது, addunt து: sic ex சொலலுகிறது fit சொலலுது &c. quæ ante கிறது habent ஐ, vel ய consonantem, abjecto கிறது, addunt vel குது, vel elegantiùs யுது: sic ex வருகிறது fit வருகுது vel வருயுது; ex செயகிறது fit செயகுது vel செயயுது; ex மெயகிறது fit மெயகுது vel மெயயுது &c. Hoc enim ultimum, cùm præcedat longa, non duplicat ய, ut செயகிறது, cùm prima sit brevis. Adverte, sæpe usurpari præsens pro futuro, ac præcipuè in genere epistolari.

§. II.

De Præterito.

DE Præteritis major est difficultas: siquidem et plures sunt præteritorum regulæ, et ex his ferè nulla est, quæ multâ exceptione non indigeat. Ne tyrones tamen, nullo reperto semite, nullo et ipsi ordine vagari incipiant; quasi sepibus coarctantes viam, quasdam methodo conscriptas regulas trademus: quæ ab illis excipiuntur, plura hîc adnotabimus; cætera ipsi brevi tempore errando facilè discent. Regulas autem de præteritis, quas hîc tradere statui, ut huic linguæ studiosi et facilius retinere, et ad nutum in promptu habere possint; eas his octo versiculis in fasciculum ligare placuit. 54

Quæ prope præcedit *eradu* vel *gradu* littera monstrat

55.

Præteritum; his, quæ *ca* duplicant, hæc regula constet:

ய. ர. இ. உ. ஐ. ததேன. அ.
Conſona *ya, ra, i, u, ai, têṉ; a,* dabit,
அநதேன.
(*andêṉ.*
ககீனேன.
Omnia longa *kinêṉ* copulant. Aſt in *gradu* verbis
ங. ஙீனேன. ண. டீனே. ன. டீனே.
iṅga, guiṉêṉ; ṅa, dêṉ; ṉa, dêṉ dant:
உ.
u ferè ſemper
தீனேன. ஞ. ரு. ல. டீனே.
Addit *iṉêṉ: ña, ru, la, dêṉ,*
தேன. டீனே.
dêṉ, dêṉ ſibi poſcunt;
ழ. ய. இ. ஐ. நதேன.
ḻa, variat: *ya, i, ai, ndêṉ* dant: longa vagantur. Uſus plura tamen paſſim variare docebit.

Quarè, *quæ prope præcedit cradu vel gradu, littera monſtrat præteritum.* Omnia ſcilicet verba, ut jam diximus, deſinunt vel in ககிஂது, vel in கீஂது: et regula præteriti ſumitur a litterâ, quæ hanc terminationem immediatè præcedit. Hinc *his, quæ ea duplicant, hæc regula conſtet.* Verbis ſcilicet, quæ duplicato க terminantur per ககிஂது, ſint hæ regulæ.

55 *Reg.* 1. *Conſona* ய, ர, இ, உ, ஐ, ததேன, ſubintellige *dant.* Scilicet verba, quæ ante ககிஂது habent ய vel ர conſonantes, præteritum habent in ததேன. Sic, மெய்ககிஂது, மெய்ததேன; மொய்ககிஂது, மொய்ததேன: ſic, வளர்ககிஂது, வளர்ததேன; தீர்ககிஂது, தீர்ததேன; பார்ககிஂது, பார்ததேன &c. Eodem modo, quæ ante ககிஂது habent *i* vel *ai* vel *u*, in præterito habent *têṉ.* Sic, விரிககிஂது, விரிததேன; படைககிஂது, படைததேன: ſic, பணைககிஂது, பணைததேன; உணதகிஂது, உணதததேன: ſic, படுகிஂது, படுதேன; உருகிஂது, உருத

Digitized by Google

ஊதுதேனை; வெளுக்கிறது, வெளுத்தேனை &c. Ex his excipe, இருக்கிறது: habet enim இருந்தேனை. Cæterum hæc regula omnino universalis est.

Reg. 2. *A dabit andêm.* Scilicet, quæ ante கிறது 56
habent *a* breve, abjecto கிறது, formant præteritum addendo ந்தேனை. Sic ex மகிறது, மந்தேனை; ex படிக்கிறது, படிந்தேனை; ex பிடிக்கிறது, பிடிந்தேனை; ex இடிக்கிறது, இடிந்தேனை &c. Excipe, quæ ante கிறது unam tantùm syllabam habent: hæc enim in præterito habent கினேனை. Sic ex நகிறது, நகினேனை; கிடக்கிறது, கிடக்கினேனை: quæ reverà sic desinunt per syncopen; deberent enim desinere per குகிறது; நகுகிறது, கிடகுகிறது, et sunt ex regulâ num. 60. ut infrà dicam. Ne excipias tamen மணக்கிறது, licet alter scripserit, habere மணக்கினேனை, quod est falsum: habet enim juxta regulam generalem மணந்தேனை.

Reg. 3. *Omnia longa* கினேனை *copulant.* Scili- 57
cet omnia, quæ ante கிறது habent vocalem longam, formant præteritum per கினேனை. Sic ex ஆகிறது, ஆகினேனை; ex தீகிறது, தீகினேனை; ex தேகிறது, தேகினேனை; ex தூகிறது, தூகினேனை; ex நோகிறது, நோகினேனை: et hoc pari modo, quia sunt syncopata ab ஆகுகிறது &c. ut ex imperativo patet. Excipe பூகிறது, quia nullâ syncope abbreviatum, quod habet பூத்தேனை: et காகிறது, காத்தேனை; quod verbum, cùm significat *custodire*, non potest scribi, ut ex ignorantiâ plures quoque Tamulenses faciunt, கார்க்கிறது; *cârcradu*; scriptum enim hoc modo, non significat *custodire*, sed *causare* linguæ *ardorem* quendam, ut causat piper et similia, unde ille *ardor* dicitur காரம், *câram.*

Digitized by Google

58 Et hæc de verbis, quæ desinunt in கின்று: unum hîc addendum judico. Plura per syncopen terminantur per கின்று, et reverà desinunt per குன்று, quæ omnia juxta regulam, quam modò tradam num. 60. habent in præterito கின்னன. Hæc autem plerumque sunt verba activa a neutro, quod desinit in ஈன்று. Sic, அடைஈன்று, *includi*, neut. அடைகுன்று, et per syncopen, அடைகின்று, *includere*, act. ஏது ஈன்று, neut. ஏதுகாட்டின்று vel ஏதுகாட்டின்று, act. நடுஈன்று, neut. நடுகுன்று vel நடுகின்று, act. நீஈன்று, neut. நீகுன்று, vel நீகின்று, act. &c. Hæc omnia in præterito habent கின்னன: sic, அடைகின்னன, ஏதுகின்னன, நடுகின்னன &c. Eodem modo alia sunt, quæ per syncopen desinunt in கின்று, quæ per se desinere debebant in குன்று. Sic, செதுக்குன்று, செதுக்கின்று; மூடுகுன்று, மூடுகின்று; அடுகுன்று, அடுகின்று &c. quæ omnia juxta regulam, quam tradam, benè præteritum habent in கின்னன; செதுக்கின்னன, மூடுகின்னன, அடுகின்னன &c. Sic, quæ superiùs adnotavi, நகின்று, ககின்று &c. et ferè omnia, quæ ante கின்று habent longam, ut ஆகின்று, பூசகின்று &c. quæ omnia habent கின்னன, ut supra dictum est. Unde hæc omnia non sunt exceptiones a regulis, quas modò tradidi. Ad dignoscendum autem, utrum verbum aliquod naturâ suâ desinat in கின்று, an ita desinat per syncopen, recurrendum ad vocem imperativi: siquidem in imperativo verbum, v. g. நட—கின்று, habet நட—, et அட—கின்று habet அட—கு; sic, ஏது கு, நீ கு, செது கு, மூடு கு; sic, நகு, ஆகு, பூசகு &c. Unde hæc omnia terminari deberent per குன்று, et per syncopen terminant in கின்று.

Digitized by Google

Aſt in gradu verbis, ſcilicet, quoad verba verò, quæ 59
deſinunt in கிறது, *prima Regula* ſit: *inga; guinên*; ணா, டீனா; னா, டீனன *dant*. Scilicet quæ ante கிறது habent ங, in præterito habent கினான: ſic, வணாகிறது, வணாகினான; அடீங்கிறது, அடீங்கினான; ஓணாகிறது, ஓணாகினான &c. Quæ verò ante கிறது habent ண, in præterito habent டீனா: ſic, உணகிறது, உணடீனா; கணகிறது, கணடீனா, quod in præterito mutat etiam primam longam in brevem. Tandem, quæ ante கிறது habent conſonantem ன, in præterito, abjecto கிறது, addunt டீன: ſic தினகிறது, தினடீன; எனகிறது, எனடீன &c.

Reg. 2. *U ferè ſemper addit inên.* Scilicet, ſi ante 60
கிறது ſit *u* breve, ferè ſemper, abjecto கிறது, additur in præterito இனான. Dixi, *ferè ſemper*. Siquidem 1) ſi illi *u* conjungantur ſequentes conſonantes ச, த, ப, tùm ſimplices tùm duplices; vel ண, ன, வ, ம: præteritum ſemper habet இனான. Sic, பேசுகிறது, பேசினான; நசுகிறது, நசசினான; எழுதுகிறது, எழுதினான; திருதுகிறது, திருதினான; நமபுகிறது, நமபினான; அபபுகிறது, அபபினான; பணணுகிறது, பணணினான. உலாவுகிறது உலாவினான; தமழுகிறது, தமமினான; பினணுகிறது, பினணினான. Ex his tantùm excipe ஈணுகிறது, quod habet ஈணடீன: de cætero hæc regula ſatis univerſalis eſt. 2) Si verò illi *u* conjugantur க vel ங vel ம: tunc, ſi præcedant vel plures ſyllabæ, ut முடுகுகிறது, திருடுகிறது, தவறுகிறது; vel, ſi præceduat una tantùm ſyllaba, ea tamen ſit longa vel naturâ ſuâ, ut ஏகுகிறது, தேமுகிறது, தேறுகிறது

ன்கிறது, vel sit longa ex eo, quod consona binæ sequantur, ut தகுகிறது, அணடுகிறது, கடுகிறது, கனறகிறது, சுறறகிறது &c. in his omnibus præteritum eodem modo terminatur per ஞினான. Sic, மடுகிஞான, திருடிஞான, தவறிஞான, ஏகிஞான, ஓதடிஞான, ஓதறிஞான, தககிஞான, அணடிஞான, கடுடிஞான, கனறிஞான, சுறறிஞான &c. Excipe ஓபபுகிறது, cui licet prima sit longa, præteritum est ஓபபுடான. Si autem ante கு, டு, ற்ற sit simplex syllaba brevis, tunc duplicatâ illâ consonanti க, ட, ற, præteritum desinit per ஏன: sic ex தகுகிறது, தகுகென; ex நகுகிறது, நகுகென; ex படுகிறது, படுடென; ex ஓடுகிறது, ஓடுடென; ex ஓறகிறது, ஓறறென; ex அறகிறது, அறறென &c. Hæc quoque regula constans est: attamen மிகுகிறது et புகுகிறது, præter மிகுகென et புகுகென, habent etiam மிகுநதென et புகுநதென.

61 *Reg.* 3. ஞு, ரு, வு; டான, தென, றான *sibi poscunt:* ழு *variat.* Exceptio est hæc de his, quæ habent ன ante கிறது. Scilicet 1) si illi ன conjungatur simplex ள, in præterito fit ணடான: sic, ஆளுகிறது, ஆணடான; மாளுகிறது, மாணடான; உருளுகிறது, உருணடான; வெருளுகிறது, வெருணடான &c. அருளுகிறது tamen habet அருளினான. Si autem ள sit duplex; juxta regulam generalem, præteritum est in ஞினான: sic, தளாளுகிறது, தளாளினான; துளாளுகிறது, துளாளினான; அளாளுகிறது, அளாளினான &c. விளாளுகிறது tamen, præter விளாளினான

Digitized by Google

னென, habet etiam வ்ணை டென: et கொலாநுகிறது semper habet கொண்ணை டென. 2) Si illi ு conjungatur ர, in præterito, remanente ர consonanti, additur நுதென: sic, வாருகிறது, வார்நுதென; தீருகிறது, தீர்நுதென; சேருகிறது, சேர்நுதென; தவிருகிறது, தவிர்நுதென &c. Excipe unum vel alterum, quod habet ின்ன: sic, வாருகிறது, வாரினென. At வருகிறது, வநுதென; தருகிறது, தநுதென: et பொருகிறது, பொருதென. 3) Si illi ு conjungatur ல, vel simplex, ut சுழலுகிறது, அழலுகிறது; vel duplex, ut செல்லுகிறது, வெல்லுகிறது, கொல்லுகிறது &c. tunc ablato omninò ல, additur னடென: sic, சுழனடென, அழனடென, சனடென, வெனடென, கொனடென &c. Sic, cùm நிற்கிறது per syncopen fit a நிலலுகிறது: hoc et in imperativo habet நில்லு, et in negativo நிலலென; et juxta hanc regulam in præterito நினடென. Excipe tamen சொல்லுகிறது, quod habet சொனனென. 4) Tandem ழ் *variat*; scilicet, si illi ு junctum sit ழ, aliqua in præterito addunt simplex தென: sic, அழுகிறது, அழுதென; உழுகிறது, உழுதென; தொழுகிறது, தொழுதென. Alia, ablato ு, addunt ழ consonanti நுதென: sic ex வாழுகிறது, வாழ்நுதென; ex தாழுகிறது, தாழ்நுதென; ex உமிழுகிறது, உமிழ்நுதென; ex அவிழுகிறது, அவிழ்நுதென; ex தவழுகிறது, தவழ்நுதென: விழுகிறது tamen retinet etiam ு, et fit விழுநுதென. At மூழுகிறது habet quidem மூழுகினென. sed non erit ex hâc regulâ, cùm revera sit மூழ்குகிறது: unde in infinitivo habet மூழ்க, et non மூழ், ut habent alia hîc allata, அழ், உழ், வாழ், உமிழ்.

62 *Reg.* 4. ய, இ, ஐ. நதென *dant:* scilicet, si ante கிறது sit ய consonans, vel *i.* vel *ai*; ablato கிறது, fit præteritum addendo நதென: sic ex அ னை—கிறது, அனை—நதென; ex கனை—கிறது, கனை—நதென: sic ex அஞ்கிறது, அஞ்நதென; ex பதிகிறது, பதிநதென: sic ex மெய்கிறது, மெய்நதென; ex ஈய் கிறது, ஈய்நதென &c. Excipe ஈவகிறது, quod habet ஈவதென; பெய்கிறது, பெய்தென; செய்கிறது, செயதென; நெய்கிறது, நெயதென: quibus nisi ab infima plebe aliquando ந audi solet.

63 *Quinta* tandem *Regula. Longa vagantur:* scilicet, cùm ante கிறது sit vocalis longa, (quæ verba pauca admodum sunt,) regula varia est. Siquidem ஆ கிறது et போறது, quod reverà est போகிறது, habent ஆனென, போனென; சாகிறது, சமெனென, cum primâ brevi: ஏவகிறது et நோகிறது habent ஏவநதென, நோநதென; in quibus prima syllaba, quæ alibi semper est longa, in præterito, et ex hoc in gerundio et participio præteriti, brevis est.

64 Ex his Regulis, datâ præteriti formâ, conjugatur hoc quoque per personas et numeros juxta terminationes traditas num. 52. Sic a verbo செயகிறது Præteritum est:

செயதென, feci.	செயதது, illud fecit.
செயதாய, fecisti.	செயதோம, fecimus.
செயதீர் *id. hon.*	செயதீர்கள், fecistis.
செயதான, ille fecit.	செயதார்கள், illi vel illæ fecerunt.
செயதார், *id. hon.*	
செயதாள, illa fecit.	செயதன, illa fecerunt.

Dixi pro neutro செயதது, licet alii செயதன dicant; quod tamen barbarum et e trivio desumptum est. Præterea ex his, quæ dixi in præterito habere நதென, aliqua possunt terminari in ஞ்சென: et quæ

Digitized by Google

et quæ habent தேதனா, possunt habere சேசனா. Non omnia tamen, sed ea tantùm, quæ ante ககிஅது vel கிஅது habent இ vel ஐ: sic, அகிகியது, அகிநதேனா vel அகிந்சேனா; படிகிஅது, படிதேதனா vel படிசேசனா: sic, மணிஅகிஅது, மணிஅநதேனா vel மணிஅசேசனா; அடிகிஅது, அடிதேதனா vel அடிசேசனா &c. Attamen hic modus non est tam elegans: certè in tot eorum libris classicis quæ ego legi, non solùm versibus, sed prosâ quoque conscriptis, nullibi sanè nec semel சேசனா vel சேசனா inveni, sed semper in ejusmodi verbis formant præteritum per நதேனா vel தேதனா. Præterea ex his, quæ ante கிஅது vel ககிஅது habent aliam litteram præter இ vel ஐ, nunquam vel unum verbum potest habere præteritum in சேசனா, licet habeant நதேனா vel தேதனா. Sic nullo modo dici potest மிஅசேசனா, வளர்சேசனா, பொஅசேசனா, படிசேசனா &c. Quarè நதேனா, தேதனா est modus universalis verbis omnibus illius regulæ, nullo excepto, et sanè elegantior est, et a doctis unicè usu probatus.

Addo appendicem pro tertiâ personâ neutrius. 65
Omnia, quæ præteritum habent per இனனா, præterquàm quod in tertiâ personâ neutrius habent இனாது; ut, அடிகினாது, பணிணினாது &c. eleganter habent quoque இஅது: sic, அடிகிஅது, பணிணிஅது &c. Sic, cùm in eleganti linguâ ex சாலலிகிஅது præteritum fit சாலலினனா, licet non utamur hoc in vulgari, utimur tamen juxtà hanc regulam tertiâ personâ neutrius சாலலிஅது. Aliqui loco duplicis அ addunt duplicem ச, et dicunt அடிகிசசு, பணிணிசசு, சாலலிசசு &c. quod tamen non adeo elegans est. Alii utrique modo addunt து, சாலலிசசுது vel சாலலிஅது

றறது; quod tamen omninò error eſt. Alii tandem in cæteris quoque præteritis utuntur hâc terminatione, et loco dicendi, அதுவந்ததது, dicunt, அதுவந்தீசசு &c. ut plerúmque homines ex infimâ Parrearum tribu loqui ſolent: quod tamen omninò dici non poteſt. Secundum hanc regulam in præterito ஆனேன ex ஆகிறது, et போனேன ex போறது, variat tertia perſona neutrius: fit enim vel juxta regulam generalem ஆனது, போனது; vel, cùm præteritum poſſit eſſe, ஆயினேன, போயினேன, juxta hanc appendicem, fit ஆயிறற, போயிறற: quod tamen, etiamſi in idiomate ſublimi commune ſit, in vulgari non eſt in uſu; ſed utuntur his vocibus, ஆசசு vel ஆசசுது, போசசு vel போசசுது. Et hæc de præteritis.

§. III.

De Futuro.

66 DE Futuro ferè nulla eſt difficultas. Siquidem 1) omnia, quæ in præterito habent கினேன, cum ſimplici vel duplici க, in futuro habent குவேன: ſic, மேறகினேன, மேறகுவேன; வணஙகினேன, வணஙகுவேன; அடககினேன, அடககுவேன &c. 2) His exceptis, nullâ aliâ habitâ præteriti ratione, quæ deſinunt per ககிறது, habent futurum in படுவேன: ſic ex பிழககிறது, பிழபடுவேன; ex மறகிறது, மறபடுவேன; ex இருகிறது, இருபடுவேன; ex ஓலவாகிறது, ஓலவாபடுவேன, vel, quod idem eſt, ஓகடுவேன &c. Quæ verò deſinunt in கிறது, in futuro habent வேன: ſic, செயகிறது, செயவேன; ஆகிறது, ஆவேன; போகிறது, போவேன; படறகிறது, படறவேன; எழுதுகிறது, எழுதுவேன &c. Excipe quæ

Digitized by Google

quæ ante கிறது habent consonantem ணை vel ன, quæ addunt டுவன. sic, உணகிறது, உணடுவன; காணகிறது, காணடுவன: sic, தினகிறது, தினடுவன; எனகிறது, எனடுவன &c. Præterea quæ ante கிறது habent லு, ழு, ரு, vel duplicatâ consonanti, vel cum præcedenti longâ; hæc elegantiùs, remanente simplici consonanti, addunt juxta hanc regulam generalem டுவன: sic ex செலலுகிறது, செலலுடுவன vel செலடுவன; ex கொளருகிறது, கொளருடுவன vel கொளடுவன; ex ஆருகிறது, ஆருடுவன vel ஆடுவன; ex வாழுகிறது, வாழுடுவன vel வாழடுவன &c. Ex his secundum futurum semper est elegantius. At அழுகிறது, v. g. cùm ante ழ non habeat nec consonantem, nec longam, sed brevem, non potest dici அழடுவன, sed semper dicendum அழுடுவன &c. Ex his regulis facilè, inventâ futuri formâ, conjungatur hoc tempus quoque per personas et numeros, juxta terminationes communes. Sic:

செயடுவன, faciam.	செயயும, illud faciet.
செயவாய, facies.	செயடுவம, faciemus.
செயவீர், *id. honorificè.*	செயவிர்கள, facietis.
செயவான, ille faciet.	செயவார்கள, illi vel illæ facient.
செயவார், *id. honorif.*	
செயவாள, illa faciet.	செயயுட, illa facient.

Hîc pro tertiâ personâ neutrius adverte, quod verba, quæ desinunt per கிறது, mutant hoc in குடம: sic, அடகிறது, அடகுடம; படுகிறது, படுகுடம; இருகிறது, இருகுடம; பணகிறது, பணகுடம &c. Quæ verò desinunt per கிறது, ablato omnino கிறது, addunt உம, hoc modo. Si antecedens sit vocalis *u*, eliditur: sic, அழுகிறது, அழும; ஆருகிறது, ஆரும; பெறுகிறது, பெறும; 67

Digitized by Google

மம; &c. Si autem ſit alia vocalis brevis, vel diphtongus ஐ, interſcribitur ய, et fit யம : ſic, அணகிறது, அணயம; அகிகிறது, அகியம &c. Si autem ſit vocalis longa, tunc vel additur ſimplex ம, vel additur கும : ſic ex ஆகிறது fit ஆம vel ஆகும; ex போறது, போம vel போகும; ex வேகிறது, வேம vel வேகும; ex நோகிறது, நோம vel நோகும &c. Tandem, ſi ante கிறது ſit conſonans, illi unitur உம, duplicando illam conſonantem, ſi præcedatur a brevi, ſecus, ſi a longâ : ſic, தினகிறது, தினவும; எனகிறது, எனவும; காணகிறது, காணும; செயகிறது, செயயும; மெயகிறது, மெயயும &c. Quæ tamen in primâ perſonâ habent குவென, ut ſupra dixi, in tertiâ neutrius ſemper habent கும : வணாகுதுவென, வணாகுதும; அடாகுதுவென, அடாகுதும &c.

Cùm præter hæc tria tempora Tamulenſes non habeant imperfectum, nec plusquamperfectum; modum ea ſupplendi tradam ſequenti capite, ubi de ſyntaxi: ibi tradam quoque phraſes quasdam, quas aoriſtos dicere poſſumus.

§. IV.

De Imperativo.

68 IMperativum habent Tamulenſes, et vocant ஏவல, a verbo ஏவுகிறது, *imperare*. Facilis autem eſt regula imperativi: ſiquidem, abjecto a quolibet verbo கிகிறது vel கிறது, vox, quæ remanet, inſervit imperativo, quoad ſecundam perſonam ſingularis. Sic ex படாகிகிறது, படா; ex போகிகிறது, போ; ex பாக்கிகிறது, பாக் : ſic ex சாலவுகிறது, சாலவு; ex செயகிறது, செய &c. Sic, cùm நிகிறது et வகிறது per ſyncopen dicta ſint a நில வுகிறது

�லகிறது et விலலகிறது, quæ non ſunt in uſu; in uſu tamen eſt imperativus juxta hanc regulam, நிலலை, விலலை. Quæ tamen ante கிறது vel ககிறது habent ன° vel ழ° conſonantes, addunt ம: ſic, தினகிறது, தினனை; எனகிறது, எனனை; அவிழ°ககிறது, அவிழே &c. Quæ verò habent ல vel ர vel ழ, cum præcedenti longâ, vel cum duplici ல vel ர, poſſunt etiam terminari per ſimplicem conſonantem ல, ர, ழ: ſic ex கொலலகிறது, primâ longâ, *inflectere*, fit கொல vel கொலை; ex சாலலகிறது, சாலல vel சாலை; ex ஆரகிறது ஆர vel ஆர; ex கொரரகிறது கொரர vel கொரர; ex வாழகிறது, வாழ vel வாழ &c. et ſecundus modus ſemper eſt elegantior. Ex regulâ generali excipe, quæ in præterito habent கினனர; in imperativo enim habent கு: ſic, வாஙகினனர, வாஙகு; அடகினனர, அடகு; மூடினனர, மூடு &c. Quæ tamen reverà non eſſent excipienda: ſiquidem, ut pluries dixi, cùm reverá hæc verba ſint, அடகுகிறது, மூடுகிறது &c. imperativum habent juxta regulam generalem. Excipe tamen வருகிறது et தருகிறது: ex his enim fit, வா, *vâ*, தா, *dâ*. Et hæc pro ſecundâ perſonâ நீய, *tu*.

Pro ſecundâ autem perſonâ honorificâ additur உம: 69
ſic படடியும, சாலலும, அவிழும, வாஙகும &c. Imperativo autem போ, *abi*, non addunt உம, ſed ம tantùm pro honorifico, et dicunt போம. Et vocibus வா, தா, addunt ரும, et dicunt வாரும, தாரும. Præterea, ſi adhuc huic imperativi voci addatur கொர breve, fit ſecunda perſona pluralis: ſic, படடியுஙகொர, சாலலுஙகொர, போஙகொர, வாருஙகொர, தாருஙகொர &c. Pro aliis perſonis utuntur voce futuri. Præterea modus elegans imperativi

Digitized by Google

perativi pro quâlibet perſonâ eſt, uti voce infinitivi, v. g. இருகக, போக, சாலல &c. Et præcipuè utuntur hoc modo, cùm loquantur cum perſonâ valde nobili, cum rege, cum ſacerdote &c. cui, ne videantur imperare, non dicunt v. g. தெவரீர் ஏழுந்தீருகம; ſed, quaſi rogando, தெவரீர் ஏழுந்திருகக: ſic non கொடுகம, ſed கொடாகக &c. Sæpe in hoc ſenſu voci infinitivi addunt உம, வாவும, கெடகவும &c. Hinc alius modus imperativi eſt, cuilibet perſonæ futuri addere ஆக, infinitivum a verbo ஆகிறது: ſic, போவாயாக, போவிராக, போவாஞக &c. Qui modus tamen non eſt rigoroſè imperativus, ut diximus: quia utuntur voce infinitivi cum quâlibet perſonâ, ut fuſiùs dicam in elegantiori hujus linguæ dialecto. Quarè ex verbo செயகிறது, imperativus eſt:

செய, vel செயவாயாக, fac tu.
செயயும, vel செயவிராக, *idem honorifice.* (te,
செயயுங்காண, vel, செயவிற்காவாக, faci
செயவாஞக, செயவாவாக &c. faciat ille,
செயய (illa &c.
செயயவும } pro quâlibet perſonâ.

Optativum et ſubjunctivum propriè Tamulenſes non habent, licet hos conceptus ſatis benè explicent phraſibus quibuſdam, quas, cùm ad ſyntaxim ſpectent, ſequenti capite referam.

§. V.

De Infinitivo.

70 INfinitivus in hâc linguâ facilis omnino eſt: ſiquidem verba omnia, quæ deſinunt per கிறது, formant infinitivum, mutando illud in கக: ſic ex படகிறது, படகக; ex இருகிறது, இருகக; ex அடகிறது, அடகக; ex போகிறது, போகக; ex மகிறது, மக

Digitized by Google

மறக்க &c. Regula eſt omnino univerſalis. Quæ verò deſinunt per கிறது, omnia quidem eodem modo poſſunt habere infinitivum in க: ſic ex அறி கிறது, அறிக; ex செயகிறது, செயக &c. Attamen hic modus proprius eſt linguæ ſublimis, et in vulgari rarò uſurpatur; præterquàm in verbis, quæ ante கிறது habent longam: fit enim etiam in linguâ vulgari ஆக, போக, வக, நோக &c. Cætera, ablato கிறது, addunt *a* breve, quod unitur voci, quæ remanet; ita ut, ſi hæc deſinat per *u*, elidatur: ſic ex படறகிறது, படற; ex அழு கிறது, அழ &c. Si deſinat per ஐ vel ஓ, addatur ய: ſic ex அணை கிறது, அணைய; ex அறி கிறது, அறிய &c. Si tandem deſinat per conſonantem, tunc, niſi ſit ர் vel ழ், quæ nunquam duplicantur, et præcedat ſyllaba una tantùm et brevis, illa conſonans duplicatur; ſecus, ſi vel plures præcederent, vel una longa. Sic ex உணகிறது, cùm prima ſit brevis, fit உணண; at ex காணகிறது, cùm prima ſit longa, fit காண: ſic ex செயகிறது, செயய; at ex மேயகிறது, மேய: ſic ex தினகிறது, தினன; ex எனகிறது, எனன &c. Hæ regulæ omnes ſunt univerſales. Hinc, cùm, ut pluries dixi, quæ habent in præterito கிறன, terminentur reverà in குகிறது, licet per ſyncopen ablatum ſit று குகிறது; juxta hanc regulam generalem habent in infinitivo க: வணகுக, போக, மேழுக &c.

§. VI.

De Gerundiis et Participiis.

GErundium vocant Tamulenſes விணையெச்சம், ac ſi dicerent, *defectus verbi*: habet enim gerundium vim et ſignificationem verbi; attamen, cùm non conjugetur per perſonas et tempora, nonnihil deficere dicitur a ratione verbi. Unicum gerundi- 71

um

um habent, quod æquivalet gerundio noſtro in *do*: cætera ſupplent modo, quem tradam num. 121. ubi de ſyntaxi. Gerundium autem, quod habent, ſumitur à voce præteriti hoc modo: ſi hoc deſinat per இனன, ablato னன, habetur gerundium in *i*; வணாநகினன, வணாநகி; அடகினன, அடகி; வாரினன, வாரி; மூடகினன, மூடகி; பணணினன, பணணி &c. Sic, cùm சாலலுகிறது, ut dixi ſuperiùs, in idiomate ſublimi habeat præteritum சாலலினன; in vulgari etiam, licet non ſit in uſu hoc præteritum, ex hoc tamen eſt in uſu gerundium சாலலி. Cætera omnia a præterito, ablato ன, ſubſtituunt *u*, ut habeant gerundium: ſic ex வநதென, வநது; ex அழிநதென, அழிநது; ex படிததென, படிதது; ex படடென, படடு; ex பெறறென, பெறறு; ex உணடென, உணடு; ex எனறென, எனறு &c. Excipe ஆனன, போனன, quæ habent ஆகி, போகி, vel frequentius, ஆய et போய. Hoc unum adverte, quod hoc gerundium nunquam poteſt regi ab alio nomine, quàm ab eo, quod regit verbum ſubſequens, quod non ſit aliud gerundium, ſed vel principale, perficiens orationem, vel infinitivus, vel participium &c. quod obſervatur et a Latinis, reſpectu gerundii in *do*. Sic non poſſum dicere, அவனபாடி நாஞானன: quia gerundium, பாடி regitur ab அவன, et ſubſequens ஆடினன a நான. Sic nec latinè dicam, *ille cantando, ego ſaltavi*: ſed per ablativum abſolutum, *illo cantante*; unde et tamulicè dicendum, அவனபாடி நாஞானன. Benè autem dicitur, நானபாடியாடினன, *ego cantando ſaltavi*. Sic dicitur, நான சாலலிகொணடவநதகாரியமவன செயதான; quia licet

gerun-

gerundia செல்லல், செய்ணகு regantur a நான, et verbum principale செயதான ab அவண; post gerundia tamen sequitur participium வந்த, quod regitur ab eodem நான &c. Hæc regula maximè observanda est, quia in hâc et peritiores errare vidi. Hinc sine errore dici non potest, கமதபிமநது சுதனஅஇரு, 1728 *us annus ab ortu Christi*; sed vel பிமநத vel பிமநதது: et sic de cæteris. Excipe tamen gerundium ய, a verbo ஆகிமது: quod, cùm sæpe inserviat ad efficienda a quocumque nomine adverbia, ut dictam num. 125, tunc non sequitur hanc regulam.

Participium autem vocant டெயரெசகம, 72
defectus nominis: habet enim significationem nominis, sed apud Tamulenses non declinatur per casus, genera et numeros, sed eadem omninò vox una participii inservit pro quolibet casu, genere et numero, unde bene deficere dicunt a ratione nominis. Tria sunt participia, præsentis, præteriti et futuri. Participium præsentis fit ablato து à கிமது, vel ககிமது: sic ex ஆகிமது ஆகிம ex செயகிகிமது, செயகிம; ex போமது, போம &c. Sic ex படைகிமது, படைகிம; ex அடைகிமது, அடைகிம &c. Participium præteriti fit, ablato ன à voce præteriti, et addito *a* brevi: sic ex ஆனன, ஆன; ex போனன, போன; ex படேன, படே; ex பமலேன, பமல; ex படைதேன, படைதத; ex வணஙகினன, வணஙகின; ex மூடுகினன, மூடுகின &c. Participium futuri est ipsa vox tertiæ personæ neutrius: ஆம vel ஆகும, போம vel போகும, செயயும, இருகுகும, படைகுகும, அழும, ஆளும &c.

Adverto, quod prima duo participia correspon- 73
dent nostris; non ita participium futuri: siquidem

Digitized by Google

செயபபும v. g. solùm inservit pro participio *facturus*, quando hoc resolvi potest per *qui*, *quæ*, *quod*, et vocem futuri, *faciam*, *es* &c. Sic, இதைச்செயபபோத சசன &c. vertam, *hoc facturus faber*, vel, faber, qui hoc faciet &c. At quando participium in *rus* apud Latinos importat finem, tunc nec potest resolvi per *qui*, *quæ*, *quod*, nec per participium hoc linguæ tamulicæ: v. g. *Dominus bonis præmium daturus veniet*, non bene vertam tamulicé, நலலவரகளுக குபபலஉன ததருமரணடவாவரு வார; hæc enim propositio correspondet huic, *Dominus, qui bonis præmium dabit, veniet*, quæ multùm differt a primâ. Quarè hoc participium futuri solùm supplet defectum relativi, *qui*, *quæ*, *quod*, quo caret hæc lingua: sic, *tempore, quo faciam*, செயபபும பொது; sic, *psittacus, qui hoc dicet*, இதைச சொலலுங்கிளி &c. Sæpe autem et eleganter utuntur hoc participio, loco participii præsentis: sic, loco dicendi எனகிறகி றவரி, dicunt எனகிறகுறவரி, *dolor, qui est mihi*; sic, loco dicendi, நியசெயகிறவுல, dicunt, நியசெயபமவுல, *opus, quod tu facis* &c. Modos autem, qui reverà correspondent nostro participio futuri in *rus* et in *dus*, tradam num. 123. capite sequenti de syntaxi.

§. VII.

De Verbo Negativo.

74 SPeciale est huic linguæ, modum habere, quo, sine particulâ negationem importante, exprimunt sensum negativum cujuscumque verbi: Tamulenses autem *negationem* எதிரமறைமொழி vocant. Verbum verò negativum fit hoc modo. Voci imperativi additur ஏன longum; et, si ea vox desinat per *u*, semper eliditur; si per aliam vocalem, interponitur ய vel வ, juxta regulam num. 14. si autem desinat per

Digitized by Google

per consonantem cum præcedenti brevi, ea consonans duplicatur, et illi unitur ஏன: sic, பொ, பொல்லன; நிலவு, நிலவென: தூ, தூவென: வணங்கு, வணங்கென; அடங்கு, அடங்கென; மூடு, மூடுவென: நட, நடவேன: பட, படியென: உண்ணு, உண்ணென; எனவு, எனவென; சாலவு, சாலவென: காண், காணென; செய், செயுவென; மெய், மெயென &c. Excipe tantummodò quæ ante கிறது nabent vocalem longam, quæ negativum formant per கென: sic ஆகிறது, ஆகென; போறது, quod revera est போகிறது, போகென; வேகிறது. வேகென; நோகிறது, நோகென; சாகிறது, சாகென &c. Datâ hâc formâ, conjugatur verbum negativum, ut positivum; in tertiâ tantùm personâ neutrius habet *âdu*, v. g. ஆகாது, சாலாது: vel etiam, ablato து, fit ஆகா, சாலா &c. Sit ergo negativum à செயகிறது.

செயயென, non faciam.
செயயாய, non facies.
செயயீர, idem *honor.*
செயயான, non faciet.
செயயார, idem *honor.*
செயயாள, non faciet illa.
செயயாது, illud non faciet.
செயயோம, non faciemus.
செயயீரகள, non facietis.
செயயாரகள, illi vel illæ non facient.
செயயாது, illa non facient.

Hoc negativum propriè supponit pro futuro; utuntur tamen etiam pro præterito, sed habituali; et bene explicatur per verbum *non soleo*: sic, மூனவுந தீருடனனியுந தீருடன, *nec antea fuevi furari, nec furabor in posterum.* Sic, si quæras, *feciſtine hoc peccatum?* et respondeat, செயயென, est, *non soleo facere.* Eodem modo utuntur quoque voce futuri verbi positivi pro tempore præterito, ut significent

nificent continuationem habitualem, *ſoleo &c.* Sic, ſi illi interrogationi de præterito, *feciſtine hoc peccatum?* reſpondeat per futurum செய்வேன்: non eſt ſimpliciter, *feci*, ſed, *ſoleo facere &c.* Præter hoc tempus habent imperativum negativum, cujus forma ſumitur a tertiâ perſonâ neutrius, mutando *u* in *ê*: ex செய்யாது fit செய்யாதே, *ne facias &c.* cui ſi addatur ும், habes formam imperativi honorifici, செய்யாதேயும் &c. Cui ſi adhuc addas ோள், habes ſecundam perſonam pluralem, செய்யாதேயுரோள் &c. Habent etiam gerundium negativum, et forma eſt eadem vox tertiæ perſonæ neutrius generis செய்யாது, cui ſæpe addunt *ê*, et dicunt v. g. ஏனை ஆகு செய்யாதேபோனான், *abiit nihil faciendo:* vel abjecto து, addunt மல், செய்யாமல், *non faciendo &c.* Habent quoque participium, cujus forma eſt ab ipſâ tertiâ perſonâ neutrius, vel omninò ablato து, vel hoc mutato in த: ſic செய்யா, vel செய்யாத. Ex his primum duplicat க, ச, த, ப, ſi ſequantur, ut ſuo loco diximus: ſic செய்யாகாரியம் vel செய்யாதகாரியம் &c. Quod participium non ſolùm ſignificat, quod non fit vel factum non eſt, ſed etiam, quod non eſt faciendum: செய்யாதனைச செய்தான், *fecit, quod faciendum non erat.*

96 Alio modo utuntur Tamulenſes hoc negativo: ſcilicet, conjungunt gerundium negativum verbo இரு ककि ஆது, et tunc ſignificatio accipitur a gerundio; perſonæ, numerus ac tempus ſumuntur à verbo இரு ककि ஆது, quod conjugatur more communi. Sic,

செய்யாதிருகிறேன்,	non facio.
செய்யாதிருந்தேன்,	non feci.
செய்யாதிருப்பேன்,	non faciam.
செய்யாதிரோன்,	non deſinam facere.
செய்யாதிரு,	ne facias.
செய்யாதிருக்க,	non facere.

Et

Digitized by Google

Et hoc modo, non mutato gerundio negativo, verbum இருக்கிறது conjugatur per personas, numeros et tempora. Tandem, more Latinorum, aliquando verbo positivo addunt negationem இலை, de quâ inferiùs loquar: sic, செய்கிறேனில்லை, *non facio*; செய்தேனில்லை, *non feci*; செய்வேனில்லை, *non faciam &c.* Vel addunt negationem இல்லை, sive voci infinitivi, v. g. செய்யவில்லை, pro quôlibet tempore, personâ, et numero: sive etiam illam addunt verbali a participiis; v. g. செய்கிறதில்லை, செய்ததில்லை, செய்வதில்லை, quæ inserviunt tribus temporibus pro quâlibet personâ et numero.

§. VIII.

De Voce Passiva.

IN hâc linguâ nulla sunt verba, quæ reverâ ex se sint passiva: sed omnia fiunt passiva, addendo verbum படுகிறது, quod est *pati*. Siquidem quæ ab Alio passiva dicuntur, v. g. மோகிக்கிறது, வளருகிறது, விளாங்கிறது &c. non passiva, sed neutra dicenda sunt; non enim passionem a causâ exprimunt, sed sensum intransitivum important: v. g. வளர்க்கிறது est *augere*, activè; numquid வளருகிறது erit *augeri*, passivè? non certè, sed est *crescere*, neutrum. Sic dicitur, உனமகன் வளர்ந்தான, *crevit filius tuus*: et ad explicandum *augeri*, passivè, dicendum வளர்க்கபடுகிறது. Sic மூகிக்கிறது, non est *compleri*, passive; sed *desinere*, neutrum. Sic benè dicam, பெய்யமூகிறது, *desinit pluere*: at si velim dicere, *hoc a me completum est*, dicendum, எனனலிது மூகிக்கபடுகிறது. Quod ut clariùs adhuc pateat, Latini habent *luceo*, neut. *illumino*, act. *illuminor*, pass. his correspondent விளாங்கிறது, neut. விளக்கிறது, act. விளக்கபடுகிறது, pass. 77

Digitized by Google

Unde dicam bene, சந்திரனொளாகதனைவி ளாகுமம, *luna illuminat mundum:* et, சந்திரனசூரியனாலவிளாகபடுமம, *luna illuminatur à sole:* et tandem simpliciter, சந்திரனவிளாறுமம, *luna lucet;* et certè hanc phrasin non possem latinè reddere per hanc, *luna illuminatur,* quod fieri autem posset, si விளாறுகிறது esset passivum. Possum quidem addere, சூரியனாலவிளாறுமம, *lucet à sole:* nec propterea sive *luceo,* sive விளாறுகிறது, verba passiva dici possunt. Cùm autem quàm plurima sint in hâc linguâ hujusmodi verba, id fusiùs explicare volui, ut innotesceret, quid reverà significent. Cæterùm Tamulenses sæpe sæpiùs utuntur verbo activo in sensu passivo: sic செனனதுபோதுமம, *sufficit, quod dictum est &c.* Quod fit præcipuè in participiis, quando eis non apponitur nominativus: sic செனனனசூவதுமம, *regula dicta;* அறிநதகுயமம, *cognita ratio;* செயதவொலை, *opus factum.* Meliùs tamen esset addere verbum படுகிறது, et dicere, செனலலபபட, அறியபபட, செயபபபட.

78 Verba igitur omnia fiunt passiva, ut dixi, a verbo படுகிறது, *pati,* quod additur infinitivo cujuscumque verbi, ita ut, non variatâ figurâ infinitivi, conjugetur verbum படுகிறது, per personas, numeros et tempora: sic அறியபபடுகிறனன, அறியபபடுகினை, அறியபபடுவனை, அறியபபடுகிறு, அறியபபடட, அறியபபடட அறியபபடுகினை &c, Idem fit addendo, ut aliquándo solent, infinitivo verbum படுகிறது: quod præter alia significat *mereri, obtinere:* sic, அறியபடுமகுயம, *res nota,* id est, quæ merita est, quæ obtinuit cognosci &c. Tandem utuntur aliquando Tamulenses, sed rarò, verbo உணகிறது, cum aliquot verbalibus, in sensu passivo.

Digitized by Google

vo. Sic ex அணைகிறது, quod est *affigere*, dicunt, அணைபுணர்ந்தான், புணர்ந்தாய, புணர்ந்தன &c. *affixus sum, es, fuit &c.* Sic ex படைப்பு, verbale à verbo படைக்கிறது, *creare*, dicunt, படைப்புணர்ந்தான் &c. *creatus sum &c.*

§. IX.

De Verbis Defectivis.

QUàm plura sunt in hâc linguâ, vulgari præcipuè, Verba defectiva, ex quibus quædam referam, quæ magis usui necessaria sunt. Et 1) ஏகுகுமம், cum o brevi, significat, *æquale est*, et petit vel dativum, vel accusativum, vel ablativum ஏடு: sic, அதுகுகொ ஏகுமிது, vel, அனதுயாஏகுமிது, vel, அதுதாஏன்றாகுமிது, *hoc est illi æquale.* Hoc verbum omninò caret præsenti. In præterito autem juxta regulam communem habet personas omnes: ஏதுதனன, ஏததாய, ஏததானன &c. In futuro juxtà communem quoque regulam habet voces omnes: ஏபுபனன, ஏபுபாய &c. et tertia neutrius est supra dictum ஏகுகுமம். Habet infinitivum ஏகக, *esse æquale*, quod more plurium infinitivorum, ut suo loco dicam, sæpe sumitur adverbialiter, et significat *æqualiter, simul*: sic, ஏதகவநதுதனன, *veni simul.* Habet gerundium ஏதது, ex quo fit ஏததுகுகொவாவநகிறது, *consentire*, ac si dicerem, accipere aliquid in sensu uniformi. Hinc uniendo huic gerundio verbum இருகுகிறது; hoc ductum per singulas personas, numeros et tempora, defectum supplet hujus verbi defectivi: sic, ஏததி ருகுகிறனன, ஏததிருநதுதனன, ஏததிருபபனன, ஏததிரு, ஏததிரானன &c. Habet participium præteriti ஏதத: hinc இபபடிகுகொத தத est dativus nominis படி, *modus*, particula இ pro articulo இநத, et dictum participium; ac sic dicerem,

cerem, இந்தபடிக்கு ஏதத, id est, similis, vel simile huic modo, et unâ voce bene explicatur, *hujusmodi*. Habet præterea negativum ஏவேண &c. ex regulâ generali: additur autem duplex வ, cùm prima sit brevis, (quod diligenter observandum est, si enim prima pronuncietur longa, significat turpissimè.) Hinc habet gerundium negatiuum, ut cætera verba, ஏவவாத, vel, ஏவவாமல, et participium negativum ஏவவாத. Habet tandem verbale in ட, ut ferè omnia, quæ desinunt in கிறது, et est ஏபட, *similitudo*: இவனுகுஞ்சபடியலல, *non est illi similitudo* &c. Poteram breviùs dicere, hoc verbum carere tantummodò tempore præsenti, et modo imperativo: volui tamen fusiùs omnes ejus voces exponere, quia alter, nescio quâ injuriâ, huic verbo tribuit has tres voces tantùm, ஏகும, ஏவவாத, ஏவவாதத, et tamen, quæ superiùs retuli, omnia in omnium ore vulgaria sunt.

80 2) வேணும est vox tertiæ personæ neutrius futuri a verbo வேணுகிறது; unde in idiomate elegantiori non வேணும, sed வேணுகும dicitur, retento ண, quod etiam in linguâ vulgari retinetur in aliis vocibus, quæ huic verbo tribuuntur. Hoc autem verbum significat et *orare*, et *desiderari*, *necesse esse*: hinc வேணும, juxta secundam significationem, est, *desideratur*, *necesse est*; siquidem passim voce futuri utuntur pro præsenti: unde bene, quod desideratur et necesse est, venit in recto; cui autem desideratur, in dativo. Sic இதெனகுவேணும, *hoc mihi necesse est*, vel, *hoc mihi desideratur*, subintellige, *à me*; unde bene vertitur, licet non ad litteram, *ego hoc volo*. In linguâ vulgari præter hanc vocem habet tertiam personam præteriti வேணடனது vel வேணடனமல: habet gerundium வேணட: habet participium præteriti வேணடன vel வேணடய: habet participium

Digitized by Google

participium futuri, et eſt de more tertia perſona futuri neutrius, வேண்டும், quòd, ut cætera, ſupponit etiam pro præſenti; ſic நான் கற்க வேண்டும் புஸ்தகம், *res, quam ego volo*, vel, *quæ eſt mihi neceſſaria*: habet negativum in tertiâ tantúm perſonâ neutrius, juxtà regulam generalem வேண்டாது vel வேண்டாம்; uſus invaluit in barbaro vulgari idiomate addendi ம, et dicunt வேண்டாம, *non deſideratur, non eſt neceſſe, nolo.* Gerundium negativum வேண்டாது et participium வேண்டாத Quando verò வேண்டுகிறது ſignificat *orare*, nullo modo eſt defectivum.

3) மாட்டேன் eſt prima perſona negativa 81
à verbo மாட்டுகிறது, *poſſe*, quo utuntur in futuro tantúm: மாட்டுவேன், *potero*, மாட்டுவாய், *poteris &c.* Hinc மாட்டேன் eſt, *non poſſum*, et conjugatur per omnes perſonas, மாட்டாய், மாட்டான், மாட்டாது, &c. Hinc idem மாட்டாது vel மாட்டாமல, eſt gerundium negativum, et மாட்டாத, participium. Præterea மாட்டேன், மாட்டாய் &c. ſignificat etiam *nolo, non vis &c.* At differt multúm à voce வேண்டாம, etiam quando hæc quoque explicatur per *nolo*; adeò ut promiſcuè nullatenús his duabus vocibus uti poſſimus. Differentia hæc eſt: quando actus nolendi et actio nolita reſpiciunt idem ſubjectum, utimur voce மாட்டேன்; quando verò reſpiciunt ſubjectum diverſum, uti debemus voce வேண்டாம. Sic, ſi velim dicere, *ego nolo loqui*; cùm actio loquendi et actus nolendi reſpiciant me unum, uti debeo voce மாட்டேன்; நான் பேச மாட்டேன். Si autem velim dicere, *nolo loquaris*; cùm actus nolendi reſpiciat me, et actio loquendi, quam ego nolo, reſpiciat alterum à me, debeo uti voce வேண்டாம: ſic, நீ பேச வேண்டாம. Eodem modo, ſi

Digitized by Google

velim dicere, *non vis loqui?* cùm actus nolendi et actio loquendi respiciat te; dicendum est, நீபேசமாட்டாயோ. Ut autem dicam, *non vis me loqui?* cùm actio loquendi respiciat me, et actus nolendi respiciat te; dicam, நானேபேசவேணாமோ. Hæc autem regula diligenter observanda est, utpoté admodùm necessaria, et nullo casu variabilis.

82 4) Voces இலஉலை, அலலை inter verba numerant Tamulenses in suâ Grammaticâ: utraque significat, *non est*; cum hoc discrimine, quod prima negat exsistentiam, secunda essentiam: primæ contraria est vox உண்டு vel இருக்கிறது, secundæ contraria est vox ஆம vel ஆயிருக்கிறது. Unde si quæram, *domi estne oriza?* si est, respondet உண்டு vel இருக்குது: si non est, இலஉலை. Videns autem aliquod granum, de essentiâ quærens, dicam, *hoc estne oriza?* si non est, respondet அலலை; si est, respondet vel simpliciter ஆம, vel இதரிசியாயிருக்குது. Hæc autem duo verba இலஉலை, அலலை, præter hanc vocem, habent gerundium இலலா, இலலாது, இலலாமலை; et அலலை, அலலாது, அலலாமலை: cui si addatur verbum இருக்கிறது vel போகிறது, conjugantur per omnes personas, numeros et tempora. Habent participium இலலாத, அலலாத, pro subjunctivo *si*; இலலாதால, அலலாதால, et composita இலலாதிருந்தால, இலலாதிதபோனால, இலலாவிட்டால, *si non sit.* Hoc ultimo præcipuè in principio orationis utimur pro *aliter &c.* Præterea hæ duæ voces possunt etiam addi nomini appellativo à participiis, v. g. இணதசெயதவனிலஉலை, vel அவனிணதசெயதவனலலை: primum negat exsistentiam, et idem est ac, *nemo est, qui hoc fecerit*; secundum negat essentiam, et idem est ac, *ille non est, qui hoc fecit*, et præscindit, an alius fuerit, nec ne.

Promiscuè

Promiscuè autem utraque vox potest addi verbali neutrius: நானதனதசசெயததிலலை, vel செயததலலை, *ego non feci hoc.*

5) உண்டு est verbum defectivum, quod significat *est*, importando exsistentiam, non essentiam, et æquivalet voci *est*, quando hæc sumitur loco verbi *habere*: v. g. si velim dicere, *ego hoc habeo*, dicam bene, *hoc mihi est*; et sic tamulicè, இதனகதுண்டு, et construitur ut *est*, in illâ significatione. Non habet nisi hanc vocem உண்டு, quæ usurpatur pro utroque numero: est etiam participium உளது, cum eâdem significatione. Negativum non habet, sed huic rectà negativè opponitur இலலை, de quo suprà. Præterea உண்டு unitur cum verbo ஆகு, et fit உண்டாகு, et idem significat, scilicet *esse*, prout sumitur pro *habere*, et tunc conjugatur juxtà regulas verbi ஆகு. Præterea உண்டாகு significat etiam *fieri*, et si illi conjungatur activum ஆகக்கு, et fiat உண்டாகக்கு, est *facere*, *creare*. 83

6) போதும் est verbum omninò defectivum: præter enim hanc vocem, quæ significat *satis est*, habet tantùm tertiam personam negativi, போதா vel போதாது: gerundium negativum போதாது vel போதாதமல, et participium negativum போதா vel போதாத. In his omnibus vocibus, loco த, aliqui ponunt ற; sic போறது, போறா &c. semper prima est longa. Usurpatur autem hoc verbum, sicut apud Latinos, *satis est*; scilicet res, quæ sufficit, in recto, persona, cui sufficit, in dativo: இதனகதுபோதும, *hoc mihi satis est*; இதனகதுபோதாது, *hoc non satis est mihi.* 84

7) கடவது: hæc vox, quæ ab Alio dicta fuit particula quædam, reverà est verbum defectivum, quod non habet nisi omnes voces futuri, à quo juxta regulam, 85

Digitized by Google

regulam, quam trademus ſequenti capite num. 107. ſit hoc verbale கடவது, quod ſignificat propriè, *debitum aliquid faciendi*. Pro futuro autem ſunt hæ voces: கடவேன, *debebo*, கடவாய, கடவீர, கடவான, கடவாள, கடவர், கடவோம, கடவீர்கள, கடவாள்கள, கடவும. Verbali autem கடவது utuntur etiam ad exprimendum deſiderium, et correſpondet voci *utinam!* ut dicemus ſequenti capite, ubi de modo ſupplendi optativum. Hinc impropriè numerant aliqui inter modos imperandi has phraſes: செய்யக்கடவாய, போகக்கடவீர &c. Non enim ſunt expreſſa imperia, ſed ſignificant: *debes facere, debetis ire &c.* Et certè benè poſſum dicere, செய்யக்கடவேன, in primâ perſonâ, quâ tamen apud omnes caret modus imperativus.

86 8) தக: hæc vox ab eodem, qui ſuprà, nomen adjectivum appellatur, cùm reverà ſit participium præteriti à verbo தகுதி defectivo: quod, ut diximus num. 60. in præterito habet தகுதன, et propterea habet participium præteriti தக, quod more ordinario, quem dabimus ſequenti capite, fit nomen ſubſtantivum, addendo pro maſculino அவன, pro fœminino அவள, pro neutro அது, elidendo ſemper unum *a*, et fit தகவன, தகவள, தகது. Verbum autem தகுதி ſignificat *convenire, decere*. Habet præter dictas voces, futuri voces omnes, தகுவேன, தகுவாய, தகுவான &c. cujus tertia perſona neutrius eſt தகும, quæ vox inſervit quoque ex regulâ univerſali, num. 72. pro participio tùm futuri, tùm præſentis: ſic போகாததகுமபாவம, *peccatum, quod convenit ignoſcere, peccatum remiſſibile*. Habet infinitivum தக, gerundium தகு, quod in linguâ vulgari non eſt in uſu, in quâ tamen utuntur, ut diximus, participio

ticipio தகக. Habet vocem negativam தகென், தகாய &c. cujus tertia perſona neutrius eſt தகா vel தகாது, *non decet*. Habet gerundium negativum தகாது, vel தகாமல; et participium தகாத; unde பாவகாதகாதபாவம eſt, *peccatum irremiſſibile, quod non decet ignoſcere*. Ex hoc verbo quoque eſt vox தகுதி, *proprietas*. Sicuti a மிகுகிறது, *creſcere*, eſt மிகுதி, *incrementum*; ex தொகுகிறது, *uniri*, neutrum; eſt தொகுதி, *cœtus*; ex பகுகிறது, *dividi in partes*, neut. eſt பகுதி, *portio*: hinc, cùm *tributum*, quod datur Regi, ſit portio, quæ cuilibet convenit juxtà juſtitiam diſtributivam, dicitur பகுதி &c. Tandem ex hîc dictis patet, ex quâ radice ſit illa phraſis, v. g. சொல்லுதகாதாக; ſunt tres voces, சொல்ல, தகாத, ஆக, et explicatur hâc unâ voce, *ad dicendum*, quod et tamulicè, hâc unâ voce சொல்ல, elegantiùs dixeris. Attamen errore excuſari non poteſt, quod aliquis ſcripſit, poſſe ſiquidem loco dicendi v. g. சொல்லுதகாதாக வருதென, dici, சொல்லுதகாவருதென; cùm enim தகாத ſit vox participii, quod in hâc linguâ nunquam poteſt ſeparari à ſubſtantivo, et ſubſtantivum nullum hîc ſequatur, nullo modo illa phraſis dici poteſt; uti dicere non poſſumus, சொன்னவருதென: utraque autem conſtructio eadem eſt. Benè autem dicas, சொல்லுதகாசெய்தி. Quo hæc clariùs adhuc pateant, ſcias eſſe aliud verbum தகுதிறது, quo utimur, ut dicamus, *poſſeſſionem alicujus rei remanere alicui*. Sic cùm aliquid do alteri, ſi ipſe velit dicere, *hoc eſt ſupra meum ſtatum, non convenit mihi*: diceret, இதெனகுதகாது, à verbo தகுதிறது. Si autem velit dicere, *hoc non remanebit in meâ poteſtate*, alter vi auferet: tunc diceret, இதெனகுதகாது, à verbo தகுதிறது. Hoc ultimum verbum habet

pro

Digitized by Google

pro infinitivo தக்க: unde hæc eadem vox est vox participii præteriti à verbo தகு-கிறது, et vox infinitivi à verbo தக-குகிறது: et propterea eadem vox significat *conveniens, decens*, et *permanere*, vel *ut permaneat*. Hinc hæc phrasis, செய்யத்தக்கபடி காரமாகச் செய்தானாகில் தக்கபடியே, est, *modo convenienti agendo, faciam, ut hoc tibi permaneat*: ubi primo loco, cùm rò தக்க sit participium à தகு-கிறது, non duplicat sequentem ப, at secundo loco, cùm rò தக்க sit infinitivus à தக-குகிறது, sequentem ப duplicat; omnia juxtà regulas primo capite traditas de augmento litterarum.

9) கூடும, à verbo கூடுகிறது: hoc significat *copulari*, in sensu neutro *coalescere, convenire*. Sic, si velim dicere, *ille convenit mecum* vel in itinere, vel in opinione, vel ad aliquod opus: dicerem, எனக்கு-வென கூடினான். Sic, ut dicam, *istæ tabulæ benè coaluerunt inter se*, dicerem, இந்தப்பலகைகளை நன்றாயகக்கூடினது &c. Et in hoc sensu hoc verbum nullâ omnino voce deficit, et conjugatur juxtà regulas generales sine ullâ exceptione, et quotidiè secundùm voces omnes in omnium ore versatur. Aliquando verò significat etiam *posse aliquid fieri*, veniendo in recto non potentia causæ, sed possibilitas effectus; et juxta primam significationem idem est, ac si dicerem, *hic effectus convenit illi causæ*. In hoc sensu non occurrunt omnes personæ, sed tertia tantum neutrius; pro præsenti et futuro, கூடும; pro præterito கூடினது; pro infinitivo கூட; pro gerundio கூடி; pro participiis கூடுகிற, கூடினது, கூடும; pro negativo கூடாது, கூடாமல, கூடாத &c. In hoc autem sensu et similibus vocibus utimur verbo ஆகிறது. Sic, இது செய்யக்கூடும vel செய்யலாகும, *hoc potest fieri*: sic, இது செய்யக்கூடாது, vel செய்யலாகாது, *hoc non potest*

Digitized by Google

poteſt fieri: ſic, செயயகூடினவேலை, vel செயயலானவேலை, *opus quod poteſt fieri* &c.

10) Tandem inter verba defectiva, licet etiam hoc immeritò, addam போல. Dixi immeritò, ſiquidem hæc vox eſt a verbo போலுகிறது, quod ſignificat *aſſimilari*, neut. petitque accuſativum: quod verbum nec defectivum, nec anomalum eſt in linguâ elegantiori, in quâ habet pro præſenti போலுகிறன, pro præterito போனதன, pro futuro போலுவன &c. Attamen cùm in linguâ vulgari nunquam uſurpentur, niſi hæ quatuor voces, போல, போலும, போல், போலே, indulgens uſui, inter defectiva numero. Ex his போல, *pôla*, eſt vox infinitivi, et juxta vim ejusdem infinitivi ſignificat, *ut aſſimiler*, *aſſimileris* &c. pro quâlibet perſonâ. Sic: இவனுபோலசெய, *fac*, *ut ille facit*, id eſt, *facita*, *ut aſſimileris illi* &c. போலும eſt tertia perſona neutrius futuri, et de more uſurpatur etiam pro præſenti: ſic, இந்தபூனபுலியைபோலும, *certè felis iſte aſſimilatur tigridi* &c. Hinc eadem vox eſt etiam participium futuri, et ſupponit quoque pro præſenti; et tunc ſemper debet antecedere, et immediatè inhærere alii nomini, et æquivalet objectivo *ſimilis*, *le*: ſic புலிகளைபோலுகுசெவகளைகண்டேன, *vidi mîlites tigribus ſimiles* &c. போல், *pôl*, et addito *e*, போலே, juxtà regulas elegantioris dialecti eſt ſyncopes à *pôlum*, ut participium, et idem ſignificat; et ſemper bene explicatur per *ut*, *ſicuti*. Et ſemper omnes petunt, ut dixi, accuſativum.

88

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM
DE SYNTAXI.
§. I.
De Constructione Orationis.

89 NOn secùs ac arte magis ornatur opus, quàm materiâ: sic idioma quodlibet non tam à verborum selectu, quàm à syntaxis proprietate pretium sumit. Sæpe dicimus latina verba, non latinè; et sæpiùs europæam linguam loquimur tamulicis verbis. Hoc modo diu sermonem produxerat quidam, quando ingenuè instituit quædam vetula; quæ tam eleganter tuâ linguâ disseris, dic, quæso, et nostrâ: erubuit ille, qui tamulicè se locutum credebat. Ut autem ad cautelam hujus linguæ Candidatis exemplum afferam. Ubi dixit Christus, *qui non audierit ecclesiam, sit tibi ut ethnicus et publicanus:* τὸ *sit tibi*, verterunt, உனக்கிருக்க——ூ, et est, *retine tibi*; quod certè non æquat conceptum Christi, ubi τὸ *sit tibi* significat, *habeatur à te*, et tamulicè dicendum, உனக்கவனுக்க——வானான. Quarè operæ pretium æstimo, addere aliqua de syntaxi tamulicâ: pauca quidem, spectatâ idiomatis amplitudine; quæ tamen tyronibus superabundare videbuntur.

90 Ut autem a Constructione orationis initium faciam: de hâc ausim dicere, eam elegantiorem fore, quò magis elegantiori latinæ linguæ stylo accedat; licet dissonantes aliquando phrases habeat, ut referam inferiùs. Prætereá hæc lingua Laconismum amat summoperè: et semper eò elegantiùs dixeris, quó paucioribus sensum tuum exposueris. Hinc nec semel fortasse in his, quæ posteris scripta reliquere Tamulenses, leges v. g. பொகததகக்க, pro பொக; nec ராய னானகி றாமதனதகெதானடி ருககி றவன, pro ராயனானடவன, nec

Digitized by Google

nec என்னலுசொலலுகிறது அனைசரிக
கததகுஙகுனஅதசததியமாகுமெனகி
றதுகுசசநதேகமிலஉலை, quod his duabus vocibus bene explicari potest, எனபது நி
ஙசயநதாஎன &c. Quarè his et similibus phrasibus, in his præcipuè, quæ posteris scribuntur, passim uti, hujus linguæ stylo consonum esse non potest. Hinc cùm verbum இருககிறது sit, *sum, es, est*; in quâlibet phrasi, ubi *sum, es, est*, construitur cum duplici nominativo, ut *Deus est bonus*, Tamulenses plerumque non addunt இருககிறது, sed sine ullo verbo Laconicè perficiunt orationem. Sic, அவனா, *quis est ille?* இதுநலலதோ, *hoc estne bonum?* et barbarum esset, அவனிருககிறன &c. Sic elegantiùs dices: வநதவனெஙகெ, *ubi est, qui venit?* இதுபாவம, அதுபுணணியம, *hoc est peccatum, illud virtus*, ஆணடவாசிதததானா, *Dominus determinavit &c.* Et licet dici possit, வநதவனெஙகெயிருககிறன; இதுபாவமாயிருககும; அதுபுணணியமாயிருககும; ஆணடவாசிததமாயிருநதாா &c. tamen illa elegantiùs dicta, quia brevius. Ut autem regulas aliquas de constructione orationis ordine tradam, sit

Reg. 1. Recto utuntur Tamulenses, ut Latini. Aliquando eo utuntur loco accusativi: பணநதநதேன, loco dicendi, பணதததநதேன, *dedi pecuniam &c.* quod tamen sæpe fieri non laudo. Videntur quoque sæpe uti recto, loco genitivi. Sic, மாகொமப, pro மாதினகொமப, *ramus arboris:* sic, மலையுசி, pro மலையினுசி, *cacumen montis &c.* At reverâ non recto utuntur loco genitivi, sed utuntur nomine substantivo ad modum adjectivi, juxtà regulas, quas tradidi num. 43. Hinc nunquam dicent மாஙகொமப, ஆடெடு, ஆமமணலை &c. quod si dicerent, reverâ 91

Digitized by Google

uterentur recto, மரம, ஆடு, ஆல &c. pro obliquo; sed juxtà regulas adjectivorum dicunt, மரக கொமடி, ஆட்டுகுட்டி, ஆலமரமனை &c. Quarè etiam, quando juxta ibi traditas regulas aliqua nomina ponunt inter se conjuncta sine ullâ mutatione à recto, ut மலைமனிஉனன, குளிரகாலம் &c. tunc quoque non rectum pro genitivo, sed substantivum ad modum adjectivi usurpare dicendi sunt. Quarè licet மலை sit *mons*, et குளிர, *frigus*: tamen மலைமனிஉனன non est, *homo montis*, sed, *montanus*; et குளிரகாலம், non est, *ventus frigoris*, sed, *frigidus*: et sic de aliis omnibus.

92 *Reg.* 2. Usus genitivi differt à syntaxi latinâ eo, quod nunquam genitivo utantur, nisi adhæreat alteri nomini, cui immediatè anteponitur, et à quo dependet, ut effectus à causa, pars à toto, subditus à Domino &c. Vel etiam eum jungunt aliquot nominibus, quæ sumuntur, ut intrà dicam, tanquam particulæ quædam, seu præpositiones.

93 *Reg.* 3. Tamulenses dativo ferè, ut Latini, uti solent. Sic 1) cùm latinè elegantiùs dixerim, *quod tibi nomen?* quam, *quod est nomen tuum?* sic tamulicè meliùs dicam, உனகுபேரென்ன, quam, உனபேரென்ன. Sic v. g. meliùs dicerem latinè, *malis omnibus universalis medicina est patientia*, quàm, *malorum omnium medicina &c.* Non aliter tamulicè elegantior est hîc genitivo dativus: எல்லாநோயகுபொதுமருந்தாதுமபொறுமை. Sic in utroque idiomate elegantiùs utimur dativo in his phrasibus: பெண்ணுகழகுநாணம, *mulieri pulcritudo, verecundia*; யானைகுகாதுதாழுகாது, *elephanti pendent aures*; பாவமமனிஉருகுபடி, *humano generi hostis peccatum*; et similia. Sic ad explicandum commodum, incommodum, et ferè in omnibus, ubi Latini

Digitized by Google

Latini utuntur eleganter dativo, eo Tamulenses benè utuntur. 2) Præter Latinorum morem, dativo utuntur in comparativis. Sic, அதுகிதுபெரிது, *hoc est illo grandius*; sic, எனகுநீயசாஸ்திரியா, *numquid tu me doctior es?* &c. Et hic modus est admodùm elegans. 3) Ubi distantiam explicant, vel alter, vel uterque terminus distantiæ venit in dativo. Sic, ut dicant, *civitas, Tanjaûr dicta, hinc decem millia passuum distat*, dicunt, இதுகுருந்துதஞசாஉருகுமபதது நாழிகைவழியுளது; et uterque terminus venit in dativo: vel dicunt, இதுகுருந்துதஞசாஉராபதது நாழிகைவழிதது ரம; et tunc alter terminus tantum venit in dativo, alius autem in recto. Hinc ex hâc regulâ, cùm அபபுறம, அபபால, *ultra*, இபபுறம, இபபால, *citra*, importent distantiam, petunt dativum: sic, ஆறறுகுகபபுறம vel அபபால, *ultra flumen*; ஆறறுகுகீபபுறம vel இபபால, *citra flumen*. Sic, மேல, *suprà*, கீழ, *infrà*, முன, *ante*, பின, *post*, cùm sint voces distantiæ, non accusativo, ut apud Latinos, sed dativo plerumque postponuntur. Sic, இதுகுமேல, அதுகுகீழ, இதுகுமுன, அதுகுபபின &c. Hinc motus quoque ad locum petit dativum: sic, ஊருகுபபோனான, *ivit ad oppidum*; வீடடுகுவநதான, *venit domum* &c. 4) Tempus quoque plerumque venit in dativo: இனறைகுவா, *veni hodie*; நாளைகுசொலலுவன, *dicam cras*; ஈராணடுவருஉதறகுநீயவராமலான, *quarè à duobus annis non venisti* &c. Dixi, *plerumque*: utuntur enim et ablativo லை, ut suo loco dicemus. 5) Finis, qui intenditur, exprimitur per dativum: எனனதறகுவநதாய, *ad quid venisti?* &c. Hinc quotiescumque Latini finem, quem intendunt, explicant per accusativum cum præpositione *in* vel *ad* vel *propter*; sive et-

Digitized by Google

iam per particulam *ut* vel *ne* cum ſubjunctivo: in his omnibus tamulicè benè uti poſſumus dativo. Sic, *in laudem*, vel *ad laudem*, vel *propter laudem divinam hæc ſcripſi*: benè redditur tamulicè. தெவடி வேதாதி காதது/ககினதுயெழுதினென Sic *ut benè loquaris, uſu opus eſt*, நீயநனறாயபேசுமபடிகுபபழகமெவணடம. &c. *ne ego morerer, ipſe mortuus eſt*, நானசாகாதபடிக்குதானெசனறன &c. quod benè explicaretur per vocem infinitivi, ut ſuo loco dicam: வேதாதிறாமாக, பேச, சாகாதிருக்க, &c. 6) Gradus conſanguinitatis, affinitatis, dependentiæ, et alia, quæ gradum important, exprimuntur per dativum. Sic quærenti mihi, உனகிவனனனனகிவெணடம, (ſiquidem எனன idem eſt ac எனன,) *quis eſt tibi hic homo?* reſpondebit, இவனெனனகுதாதகபடன, எனகுதமகன, vel எனகுமசசினன, vel எனகுபிறநதவன, vel எனகுவேதாகிதன &c. *iſte homo mihi pater*, vel *filius eſt*, vel *cognatus*, vel *captivus*, vel *amicus* &c.

94 *Reg.* 4. Uſus accuſativi hic eſt: quoties verbum exprimit actionem aliquam, ſive efficientiæ, ſive reſpectûs, ſive poſſeſſionis, ſive odii, ſive amoris &c. nomen, quod rectâ à verbo afficitur, ſemper uſurpatur in accuſativo: ſic, சாதனமாகக்கினன, விடடைகடடுனன, பாணடியபபடிதானன, பலஉனயடைநதானன, ஏவுனகணடானன, ஓதகுதிதானன, ஆவிஈயபுடையானன, மூலையெயினன நாமமபணகதானன, எனனுனவேகிதானன, அவஉனதபுதாரநதானன, விடைநிகினன, பகையகொணடானன, சீஉலையகொணடானன, பாவதைதவிடடானன &c. Atque adeò conſtanter utuntur

tur hâc regulâ, ut ſi verbum rectâ afficiat duo nomina, utraque uſurpentur in accuſativo. Sic, cùm verbum v. g. படிப்பிக்கிறது, *docere*, rectè afficiat et id, quod docemus, et eum, quem docemus: more Latinorum, verbum hoc duplicem amat accuſativum. Sic, எனதுஎனசசா ஹஜ ஈகஉலவபபடிப பிததரன, *docuit me ſcientias*: et licet aliqui utantur dativo quoad eum, qui docetur, et dicunt v. g. எனககு &c. hoc tamen, ſi ſolœciſmo excuſatur, barbariſmo damnandum eſt. Sic, licet verbum v. g. சொல்லுகிறது, *dicere*, petat, ut, quod dicitur, veniat in accuſativo; cui dicitur, in dativo, ut apud Latinos: cùm tamen alicui ejus laudes, vel vituperia dicuntur; tunc, quia rectâ in illum quoque aliquam actionem exprimat verbum, elegantiùs duplici utuntur accuſativo. Sic, அவஉனஎ ஹஜதநிர ஈகஉலவசசொனனென, ஆவஉனத நுரஉணஈகஉலவசசொனனென. Si autem velim exprimere, quod v. g. mihi retulerit laudes, vel opprobria, quæ contra alium dixerat, tunc, cùm me, cui hæc referuntur, nullo modo rectâ afficiant illæ laudes vel opprobria; non *me*, ſed *mihi* dicendum eſt etiam tamulicè. Sic, அவஉனச சொனனெ நுரஉணஈகஉலவ யெனக குச சொனனென, *retulit mihi, quæ in illum dixerat, vituperia &c.*

Reg. 5. Uſus vocativi nihil differt a ſyntaxi latinâ: ſiquidem utuntur vocativo ne dum, quando aliquem vocant, ut, மகனேவா, *veni, fili*; ſed etiam, quando invocant Deum: ſic, யெசுவேயென உனபரிசுத்தாவியுமே, *o JESU, ſalva me.* Utuntur præterea vocativo in laudando aliquem: ſic, பரிசுததமாதாவே, *o puriſſima mater!* Tandem eo utuntur ad exprimendum dolorem: ſic mater, v. g. quæ dolet de filio mortuo, repetet ſæpe, எனமகனே, எனமகனே &c. *fili mi, fili mi!* 95

Digitized by Google

96 *Reg.* 6. Ex ablativis primus, qui desinit per இல், et propriè correspondet nostro ablativo *in*, inservit 1) ad explicandum locum exsistentiæ: sic, மலையில் ளிருகுமப்புலிகளர், *in montibus sunt tigrides.* 2) Hoc ablativo exprimitur motus à loco: sic, மலையிலவிழுமாறு, *fluvius, qui cadit à monte*; மரதிலவிழுநதபழம, *fructus, qui cecidit ab arbore &c.* In hoc sensu addunt huic ablativo gerundium இருநது vel நினறு, et tunc phrasis est clarior: sic, தனவிடடிலிருநது வநதான, *venit a suâ domo*; sic, மெகததில நினறுமழபெயதது, *è nubibus cecidit pluvia &c.* 3) Hic ablativus usurpatur in comparatione, quando unum alio melius dicimus; tunc enim, quod inferius est, venit in ablativo இல: sic, அதிலயிது நலலது, *hoc illo melius.* Et adhuc elegantiùs in hoc sensu huic ablativo addunt உம: sic, அதிலபுமிது நலலது. 4) Si verò eodem modo veniat in ablativo இல nomen universitatem importans, eadem phrasis inservit pro superlativo, quo Tamulenses carent. Sic, அதிலிது நலலது est comparativum, *hoc illo melius*; at எலலாததிலுமிது நலலது, est superlativum, *hoc omnium optimum*; et sic de cæteris. Præterea pro superlativo alio quoque et elegantiori modo utuntur: siquidem, si iterato eodem nomine, alterum ex his veniat in ablativo இல plurali, explicat excellentiam, et gradus superlativi vim habet. Sic, செலவஙகளிறசெலவம, *felicitas omnium perfectissima*: sic, அபதஙகளிலபதம, *error omnium pessimus*: sic, நனமகளிலநனமை, *bonum omnium maximum &c.* Hic modus cohæret cum linguâ hebræâ, quæ pariter, cùm careat superlativo, supplet ejus defectum geminatis nominibus, usurpando alterum in genitivo plurali, uti videmus sæpissimé in S. Scripturâ. Sic, *Deus deorum*, est, *Deus maximus*: sic, *canticum*

Digitized by Google

canticum canticorum, est, *canticum excellentissimum*: sic, *vanitas vanitatum*, est, *res vanissima*: sic, *sancta sanctorum*, est, *res sanctissima* &c. 5) Inservit pro ablativo temporis: முன்கா லத்திலே, *tempore elapso*; வருங்காலத்திலே, *tempore futuro*; இதற்கு வாயிலே, *hâc occasione* &c. 6) Hic ablativus desinit quoque per vocem இடத்திலே, quæ vox est ablativus இலே à nomine இடம், *locus*: et tunc usurpatur in primo et secundo usu; et etiam eleganter loco præpositionis *apud*: sic, *hæc omnia apud me non sunt*, இதெல்லாம் எனனிடத்திலில்லை. Ita pro ablativo locali: கடலிடத்திலுற்றது, *margaritæ sunt in mari*; நீரிடத்திலனனம, *cygnus habitat, ubi sunt aquæ* &c. Item et elegantiùs, ut exprimant effectum à suâ causâ: sic, பூவிடத்திலவாசனை, *à flore emanat odor*; சூரியனிடத்திலொளி, *à sole lux*; புண்ணியதத்திடத்திலினபம, *à virtute dulcedo* &c.

Reg. 7. Secundus ablativus in ஆலே propriè est 91
noster ablativus cum præpositione *à* vel *ab*: unde usurpatur propriè ad explicandam causam vel efficientem, vel materialem, vel instrumentalem, vel etiam conditionem, sine quâ non. Sic, பனியாலெழுவீர, *a rore frigus*; தீயினாலெபுகை, *ab igne fumus*; இவனாலெகெடனை, *ab illo* vel *illius causâ periit* &c. et hæc de causâ effectivâ. மரத்தாலெசெயதசிலை, *ex ligno facta statua* &c. causa materialis. Sic, ஆணியாலேயறைந்தான, *affixit clavo*: இதகணனாலேகண்டேனை, *oculis vidi illud* &c. causa instrumentalis. Sic, செயதவேலையினாலேகூலிவரும, *ex opere facto merces venit*, id est, si opereris, mercedem accipies &c. conditio, sine quâ non. Hinc sicut apud Latinos in verbis passivis agens venit in ablativo *à* vel *ab*; sic apud Tamulenses in ablativo ஆலே:

Digitized by Google

ſic, அவனுடனேசாலலபபடடதது, *hoc ab illo dictum fuit* &c.

98 *Reg.* 8. Tertius ablativus ஏடு propriè æquivalet noſtro ablativo ſocietatis: அவனுடனேவநதான, *veni cum illo* &c. Hoc ablativo cauſam quoque explicant, et eo utuntur ferè promiſcue cum ablativo ஆல nuper dicto. Sic, புணணியததால vel புணணியததாடு நனமையெலலாம வரும, *bonâ omnia venient cum virtute* vel *a virtute*: ſic, ஆணியால vel ஆணியாடனேறநதான: ſic, கணணால vel கணணுடனே கணணுடன &c. Præterea hoc ablativo poſſeſſionem explicant: ஆஸதியாடனேருநதான, *fuit cum divitiis, fuit dives*; ஆரோகயததோடனேபோனான, *abiit cum ſalute, ſanus*, பாவததோடனேருகிறான, *eſt in peccato* &c.

99 APPENDIX. Quando verbum actionem exprimens, afficit rectâ nomen partis alicujus rei; tunc nomen partis venit in accuſativo, nomen autem principale in genitivo: ſic, பூனையினவாலையறததான, *abſcidi caudam felis.* Poteſt *ſecundò* et elegantiùs nomen principale venire in dativo: ſic, பூனகதுவாலையறததான, *abſcidi caudam feli.* Sive etiam *tertiò* nomen principale in accuſativo, et nomen partis in ablativo இல: ſic, பூனனயுவாலிலேயறததான, *abſcidi felem in caudâ.* Sic, எனகனனதமதையடிததான, vel, எனகுகனனதமதையடிததான, vel எனனுனகனனததிலடிததான, *percuſſit faciem meam*, vel *mihi faciem*, vel *me in facie.* Dicunt Tamulenſes in ſuâ Grammaticâ, poſſe quoque in tali caſu utrumque nomen, principale et partis, uſurpari in accuſativo, et dici: பூனனயவாலையறததான, எனனுனகனனதமதையடிததான &c. quod tamen nec latinè dicitur, nec tamulice bene ſonat.

§ II.

Digitized by Google

§. II.

DE NOMINE.

DE partibus orationis regulas aliquas tradere ſtatu- 100
ns, a Nomine incipiam. Et I. ad elegantiam ſyntaxis ſummoperè ſpectat, nomina ſuo quæque ſenſu ac proprietate uſurpare: ſiquidem, quæ aliàs elegantiſſima ſunt, mutato ſenſu, barbarè ſonant. Et quamvis ſenſum proprium nominum ac verborum omnium exhibere ad Lexicon ſpectet: tamen nomina nonnulla, quæ magis neceſſaria et varia ſunt, ut faciliùs tyronibus innoteſcant, breviter hîc tradere, operæ pretium judico. Quarè, 1) tamulica lingua plura habet nomina, quibus infantiam explicet tùm hominum, tùm animalium, tùm arborum, quibus promiſcuè uti non licet. Ex his குழந்தை et பிள்ளை dicunt de hominibus, et பிள்ளை ஓலை dicunt prætereà de palmis, cùm parvæ ſunt: தென்னம பிள்ளை. குஞ்சு dicunt de avibus, de muribus, de piſcibus, de inſectis: ſic, புறாக்குஞ்சு, *pullus columbæ*; கோழிக்குஞ்சு, *pullus gallinæ*; எலிக்குஞ்சு, மீனுக்குஞ்சு &c. Quadrupedum animalium filios parvos communi vocabulo குட்டி vocant: ſic, சிங்கக்குட்டி, குதிரைக்குட்டி, நாய்க்குட்டி &c. Dicitur hoc quoque de ſerpentibus: பாம்புக்குட்டி. De piſcibus majoribus dicunt aliqui குட்டி: ſic, சுறாக்குட்டி. Ex hâc regulâ generali excipe mures, ut diximus, cujus filios vocant குஞ்சு. Excipe quoque vitulos ex vaccis et ex bubalis, (Luſitani *bufaras* vocant,) de quibus nullo modo poteſt dici ſimpliciter குட்டி, ſed dicendum கன்று vel கன்று குட்டி ſic, பசுவின்கன்று vel பசுவினகன்று குட்டி; எருமைக்கன்று vel எருமைக்கன்றுக்குட்டி. De equis verò et aſinis, præter குட்டி, poteſt etiam

Digitized by Google

dici மகி: sic, குதிரைமகி vel கழுதைமகி. Sic præter குட்டி, potest dici கன்று de cervis, மானின்கன்று; de camelis, ஒட்டகக கன்று; et de elephantibus, யானைகன்று. Tandem de plantis omnibus, quæ parvæ sint, exceptâ palmâ, ut suprà diximus, usurpatur nomen கன்று: மாங்கன்று, வெட்டிவேர்கன்று, பலாமரக்கன்று, முருங்கைக்கன்று &c.

101 2) Tamulenses, ut explicent masculum et fœminam, communi vocabulo dicunt ஆண், பெண்; et hoc dici potest de quolibet, etiam animalium et avium: attamen, si absolutè dicatur, supponit pro hominibus tantùm; pro quibus addunt etiam vocem பிறவி. Sic, ஆண்பிறவி, பெண்பிறவி; neque tamen significat *filius hominis* vel *mulieris*, sed absolutè est, *vir* vel *fœmina*: et quando sic habet additum பிறவி, nullatenùs de aliis animalibus dici potest. Ex his autem masculum avium vocant சாவல், fœminam பெட்டை, cum primâ brevi, et anteponuntur hæc vel postponuntur nomini proprio cujuscumque avis: sic, சாவல்கோழி vel கோழிசாவல், *gallus*; பெட்டைகோழி vel கோழிபெட்டை, *gallina*; சாவல்புறா, *masculus columbæ*; பெட்டைபுறா, *columba fœmina* &c. De quadrupedibus autem variant: siquidem quoad boves, si sit *vitulus*, dicitur காளைகன்று; si *vitula*, கிடாரிகன்று. Si vitulis majores sint, simpliciter masculus காளை, fœmina கிடாரி vocantur. Si autem ad laborem apti sint, *bos* vocatur எருது, *vacca*, பசு. *Taurum* autem nominant போத்தெருது. De *bubalis*, quos Lusitanos *bufaros* vocare dixi, masculum in quâlibet ætate vocant கிடா, cui, si sit parvus, addunt கன்று கிடாகன்று: fœminam semper dicunt எருமை, et, si parva, எருமைகன்று. Ex

Digitized by Google

மா. Ex equis et asinis masculus vocatur குணிரு; sic, குணிரு க குதிரை, குணிரு க கழுதை: fœmina verò கோவரிகை; sic, கோவரிகை குதிரை, கோவரிகை கழுதை. Ex aliis quadrupedibus fœminam communi voce dicunt பெண்ணை: sic, பெண்ணை யாடு, பெண்ணை மான், பெண்ணை பூனை, பெண்ணை நாய &c. Quoad masculum autem variant: siquidem masculum ex canibus, felibus, vulpibus, simiis et aliis hujusmodi, vocant கடுவன; ex cervis கலை; ex ovibus et capris கிடாய். Quæ omnia spernenda sanè non sunt: multùm enim ridere vidi audientes, qui *agnum* சாவலை vocaverat; et quis apud nos quoque risum continere posset, si audiret agnum vocari v. g. *gallum*.

3) Ut aliquid de arboribus dicam: Latini indiscri- 102
minatim folium dicunt de herbis, de arboribus omnibus, de floribus &c. Tamulenses verò communi quidem vocabulo folia arborum vel plantæ florum இலை vocant: plura tamen excipiuntur, quæ speciali notantur nomine; scilicet folia cujuscumque generis palmarum dicunt ஓலை, பனை யோலை, கூந்தற்பனை யோலை, தென்னை ஓலை: hæc ultima vocantur etiam voce communi, இலை, தென்னை இலை. Folia arbusti *Tâlei* dicti, ஓலை dicunt, தாளி யோலை. Prætereà ஏடு, primâ longâ, vocant folia, in quibus scribunt; et folia arboris *Camugu* dictæ, கமுகு; et folia florum, non autem folia illorum plantæ, பூவிதழ்: et hæc ultima dicunt etiam இதழ், பூவிதழ். Fructus autem arborum communi vocabulo, si sint admodùm parvi, ut vix flos deciderit, dicuntur பிஞ்சு; si autem grandes quidem, at immaturi, dicuntur காய்: si verò maturi பழம vel கனி. De quâlibet autem specie leguminum, si fructus sint admodùm teneri, non பிஞ்சு, sed பிஞ்சு vocantur;

Digitized by Google

tur; si majores, sed immaturi, காய : cùm autem maturi sunt, non பழம vel கனி, sed, quia arescunt, ut maturi fiant, dicuntur ஞெரிந்து, primâ brevi. Præterea plures sunt arbores, quæ fructus uno, ut ita dicam, racemo simul afferunt: racemum autem hunc vocant குலை vel தாறு. Utroque nomine uti possumus de fructibus arboris *Camugu* dictæ: கமுகங்குலை, கமுகந்தாறு. De dactylis: பேரீச்சங்குலை, பேரீச்சந்தாறு. De ficu indicâ: வாழைக்குலை, வாழைத்தாறு. De palmis autem dici tantùm potest குலை, et non தாறு: sic, தென்னங்குலை, பனங்குலை. De palma verò et *Camugu* dicitur etiam டாலர்: sic, தென்னம்டாலர், கமுகம்டாலர். Sic vocantur, harum arborum racemi, ut ita dicam; sicuti etiam involucrum quoddam, ex quo illi racemi procedunt. Si autem singulos fructus velim dicere, nomine communi vel பிஞ்சு, vel காய், vel பழம dicendi sunt: sic, fructus palmæ, ஞெரிகாய, fructus ficûs indicæ வாழைக்காய், வாழைப்பழம, &c. Alia autem hujusmodi quàm plura in Lexico diligenter adnotabimus.

103 Præterea II. ad syntaxim spectat, scire, Tamulenses quàm plurima habere nomina appellativa, et cuilibet fas esse, ad libitum de novo componere non tot, quin plura, quæ certè in Lexico inveniri nequeunt: pro quo sint hæ regulæ. 1) Addendo nomino substantivo vocem காரன pro masculino, et காரி pro fœminino, formant nomina apellativa hominum. Sic ex சீட்டு, *epistola*, *tabella*, fit சீட்டுக்காரன், *tabellarius*: ex தோட்டம, *hortus*, fit தோட்டக்காரன், *hortulanus* &c. in quâ compositione regulæ adjectivorum observandæ sunt. Primum enim nomen adjectivo more sumitur: hinc, quæ desinunt in ம, hoc deperdunt, ut videre est in exemplo தோட்டக்காரன். Sic ex eisdem regulis,

Digitized by Google

regulis, quæ desinunt in து, ூ, ை, duplicant ultimam suam consonantem, et ex எருது fit எருத்துகாரன், ex ஆடு fit ஆட்டுகாரன், ex வயல் fit வயல்காரன் &c. Attamen præterquàm, quod hic modus non adèo elegans est; non semper eo uti possumus: non enim omnibus nominibus addi potest vox காரன், sed, plerumque iis tantùm, quæ vel officium exprimunt, ut data exempla monstrant, vel passionem animi aut corporis important: sic, கோபகாரன், *iracundus*, வியாதிகாரன், *infirmus &c.* Si à nomine v. g. loci nomen appellativum formare velim, ut nos à Româ, Romanum dicimus, nullo modo addi potest vox காரன். Si enim v. g. ex மலை, *mons*, ut fieret *montanus*, dicerem, மலைகாரன், irriderent vel ipsæ vetulæ. Sic ridiculum esset, இவனைந்த ஊர்காரன், *cujas est iste homo?* இவன்தஞ்சாவூர்காரன், *iste est habitator civitatis Tanjaûr dictæ*: sed debet dici, மலையான், எந்த ஊரான், தஞ்சாவூரான் &c.

2) Alium modum afferunt aliqui, quo nomina fi- 104
ant appellativa; addendo scilicet nomini substantivo ஓன் ஒவன், உன் ஒவ் ன்: sic, ஆங்காரமொவன், *superbus*; மலையொன், *montanus &c.* Attamen hæc non nomina appellativa, sed phrases dici debent; constant enim ex pronomine அவன், அவள், cum participio ஒன்ற், et nomine alio substantivo: unde licet benè possimus ea latinè reddere per nomina appellativa, ut feci; tamen ad litteram vertuntur, *ille, qui habet superbiam*; *ille, qui habitat in monte.*

Quare 3) alio admodùm eleganti modo solent Ta- 105
mulenses componere pro libito nova nomina appellativa: qui modus omni nominum generi communis est. Sic ex ஆங்காரம், *superbia*, fit ஆங்காரன், *superbus*, ஆங்காரி, *superba*, aliquando et *superbus*:

Digitized by Google

bus: ex உதாரமம், *liberalitas*, fit உதாரனன், *vir liberalis*, உதாரி, *mulier liberalis*, &c. At ex பாவமம fit பாவி, *peccator* et *peccatrix*: ex லோபமம fit லோபி, *avarus* et *avara* &c. Ex முகமம fit முகததானன, முகததாளர: ex படணமம fit படணதானன, படணதாளர &c. Ex அழகு fit அழகனன, அழகி: ex கழுதகு, கழுதகனன, கழுதகி &c. Pro quo plures sunt regulæ, quas in Grammaticâ elegantioris linguæ tradam: hoc unum hîc addam, ex nominibus, præcipuè locorum, fieri appellativa, si nomini, adjectivè sumto, addatur pro masculino அனன vel ஆனன, et pro fœminino அளர. Sic ex கமாபாஉளரயம, nomen cujusdam oppidi, fit கமபாஉளரயதானன, கமபாஉளரயதாளர: ex மஉல, மஉலயனன, vel மஉலயானன, et மஉலயாளர: ex ஓரர, ஓராரனன, ஓராராளர.

106 Præterea ex quolibet verbo fiunt nomina appellativa hoc modo. Participiis præsentis, prætériti et vocis negativæ addunt pronomen அவனன, அவளர, elidendo semper unum *a*: sic, செயகிறவனன, செயகிறவளர; செயதவனன, செயதவளர; செயயாதவனன, செயயாதவளர &c. Pro futuro autem fiunt nomina appellativa, non à participio, sed à voce primæ personæ futuri, quæ si desinat in படென vel ுயனன, ablato ஏனன, additur அவனன, அவளர. Sic ex இருபடுனன fit இருபபவனன, இருபபவளர: ex காணடுனன, காணபவனன, காணபவளர: ex எனடுனன, எனபவனன, எனபவளர &c. Si verò futurum desinat in ுவனன, mutato வ in ப, terminatur eodem modo. Sic ex செயுவனன, fit செயபவனன, செயபவளர: ex விடுவனன fit விடபவனன, விடபவளர &c. Hic autem modus est elegantior, et inservit etiam pro præ-

senti:

Digitized by Google

senti: v. g. ரரயனனடவன, *homo, qui dicitur Râyen*, id est, *Petrus* &c. Utuntur quoque aliquando, et adhuc elegantiùs, voce ipsâ tertiæ personæ vel præteriti vel futuri, ad modum nominis appellativi: செய்தான, செயதாள; செயவான, செயவாள; et pro utroque genere in plurali, செயதார, செயவார: quæ voces et significant, et declinantur more nominum. Sic dicunt, செயதாரபோலை, *ut ii, qui fecerunt*: செயவாரிலரல, *non est, qui faciat* &c. Sic, தினமசெயவார்கு நனமசெய, *benefac malafacientibus*. Hinc vox பாடுவான est, *cantator* &c.

Ex quolibet verbo fiunt præterea plura verbalia, 107
quæ ad modum nominum declinantur, et 1) ex participiis præsentis et præteriti fiunt verbalia செயகிறது, படிகிறது, et செயதது, படிதது &c. Hinc apparet, quàm improprie hæ voces v. g. செயகிறது, சொலலுகிறது &c. dicantur voces infinitivi: quod certè falsum est, nisi etiam dicas, quod செயகிறவன, செயகிறவள &c. sint voces infinitivi. Cùm autem has dicunt esse, ut sunt, voces participii præsentis, cum addito pronominis அவன, அவள, ex quo fiunt nomina appellativa hominum: sic et செயகிறது est vox ejusdem participii cum addito pronominis அது, ex quo fit nomen verbale, quod per suos casus declinatur, et non correspondet infinitivo Latinorum, nisi quando hoc sumitur tanquam nomen, ut in hâc propositione, *studere bonum est*, quam vertam, படிகிறது நலலது. At in hoc sensu infinitivo Latinorum correspondent cætera quoque verbalia, de quibus infra, படிதல, படிபு &c. unde illa propositio potest reddi, படிதல நலலது படிபு நலலது, படிபது நலலது &c. Numquid propterea hæc omnia voces infinitivi dicenda sunt?

Pro

Digitized by Google

Pro futuro verbale ut à primâ voce futuri, mutando ஏன in அது: sic ex செயவேன செயவது; ex படிப்பேன, படிப்பது; ex எனன் பேன, எனபது &c. Hoc verbale est primis adhuc elegantius, et commune omnibus verbis, et supponit etiam pro præsenti, et pro continuatione actionis: *hoc quod est facere*, vel, *solere facere*; *hoc quod est discere*, vel, *solere discere &c.* Hinc cognoscimus originem ac vim illius vocis, quæ usu adeò communis est, ஆவது. Est enim verbale a voce ஆவேன, ex futuro verbi ஆகிறது, quod etiam significat *esse*; unde verbale ஆவது significat, *hoc quod est esse. essentia*: sic, அவன சொனன செயதியாவது, est, *essentia nuntii, quod ille dixit.* Unde revera vix aliquid addit in oratione, cùm satis esset dicere, அவன சொனன செயதி &c.

108 2) Fiunt nomina verbalia mutando கிறது in ஐக: sic ex செயகிறது, செயஐக; ex இருகிறது, இருகஐக; ex ஆகிறது, ஆஐக &c. Quo verbali eleganter utimur præcipuè in ablativo இல vel ஆல: sic, இதிபடிப்பாஐகயில, *cùm hoc ita fit*; இதிபடிப்பாஐகயால, *quia hoc ita est*; et simpliciter ஆஐகயால in principio orationis idem sonat ac *quarè*, *quapropter.*

109 3) Fit verbale in ல, addendo hanc consonantem voci infinitivi, de quo dixi num. 70. Sic ex இருக, இருகல; ex செயய செயயல; ex வர, வரல &c. ubi, cùm post *a* breve sit ல finalis, ex regulâ, de quâ num. 8. tò *a* debet pronunciari, quasi ac si esset *e* lenis, *iruquel*, *cheyyel*, *varel &c.* Hic modus communis sanè est verbis omnibus: in linguâ tamen vulgari vix eo utimur, nisi cum voce ஆக vel ஆகாது, ஆன vel ஆகாத, á verbo ஆகிறது, quando importat *posse fieri*, vel *non posse fieri*, ut dictum est num. 87. Et sic dicimus, நாமிங்குகயிருக கலாம, *possumus hic manere*: நாஅலாநியவாலாம,

Digitized by Google

வர்லாடம, *cras poteris venire*: ஆணாவ ராஅஞசெயயலாகாதது/ணாடா, *numquid Deo impossibile est aliquia? &c.* Atque, ut in allatis exemplis videre est, utimur eâdem voce pro quâlibet personâ, genere et numero: et reverà nomen principale, quod venit in recto, in dictis propositionibus est ipsum verbale, இருகக்கல, வரல, செயயல. Huic simile aliud verbale est, communi ac vulgari usu tritum in linguâ sublimi: fit autem mutando ககிஅது in ததல, et கிஅது in தல. Sic ex படிகக்கிஅது fit படிததல; ex ஆகிஅது, ஆதல; ex செயகிஅது, செயதல &c. Quod verbale declinatur per omnes casus: v. g. செயதலினை, செயதலைகத, செயதலால, செயதலில, செயதலாலு &c. Elegans admodùm est hic modus, attamen non adeò communis in linguâ vulgari.

4) Tandem fit verbale á verbis in கஅது, si, hoc ablato, addatur பபு: sic ex இருகக்கிஅது, இருபபு; ex படிகக்கிஅது, படிபபு; ex கடுகக்கிஅது, கடுபபு; ex ஏகக்கிஅது, defectivo, ஏபபு &c. Hoc autem verbale vix retinet vim verbi: sic இருபபு, non significat hoc, quod est esse alicubi, sed propriè *exsistentia* in tali et tali loco; sic படிபபு, non hoc, quod est studere, sed *studium*; sic ஏபபு, non hoc, quod est assimilari, sed est *similitudo* &c. et ad modum nominum construitur. 110

Nomina omnia, quæ à verbis deduci docuimus, 111
sive appellativa, sive verbalia, reverà omnia declinantur ut nomina, attamen construuntur ut verba, si excipias, quæ modò diximus desinere in பபு. Alia autem omnia petunt casum, quem amat verbum, à quo deducta sunt: quod non fit apud Latinos, ubi *amans* v. g. licet sit a verbo *amo*, quod petit accusativum, quando sumitur non ut participium, sed ut

Digitized by Google

nomen appellativum, conſtruitur ad modum nominis, et petit genitivum dependentiæ, unde dicitur, *virtutis amans*. Aliter autem apud Tamulenſes, ubi v. g. à verbo படைக்கிறது, *creare*, fit appellativum படைத்தோன் vel படைத்தவன், *creator*: attamen hoc non admittit genitivum dependentiæ, ſed res creata debet poni in accuſativo, quem petit verbum படைக்கிறது. Sic dicitur, மனுஷரைப்படைத்தோன், unde ad litteram verti debet, non, *creator*, ſed, *qui creavit homines*. Quæ autem deſinunt in பு, more appellativorum apud Latinos, ut nomina ſubſtantiva conſtruuntur: unde licet படிக்கிறது, *ſtudere, diſcere*, petat accuſativum; பாஷை non accuſativum, ſed genitivum dependentiæ admittit, et dicitur v. g. இந்தப்பாஷையினுடைய கஷ்டம், *ſtudium hujus linguæ difficile eſt*. At, ſi alio verbali utar, v. g. படிக்கிறது vel படிப்பது: tunc nullo modo genitivum dependentiæ, ſed accuſativum petit. Sic dicam, இந்தப்பாஷையைப்படிப்பது vel, படிக்கிறது கஷ்டம்: et ratio eſt, quia, ut ſupra dixi, படிப்பு propriè eſt, *ſtudium*, et படிக்கிறது vel படிப்பது propriè eſt, *hoc quod eſt ſtudere*; unde illud ad modum nominis, hæc ad modum verbi conſtruuntur. Hoc modo aliquando verbalia in ஐ ſignificant, non ut verbalia, ſed ut nomina abſoluta. Sic v. g. செயலை ſignificat quidem, *hoc quod eſt facere*, ſed ſimul eſt, *actio* &c. Quarè in primo ſenſu hæc verbalia conſtruuntur ut verba, et declinantur ut nomina. Sic, நீசெயலை &c. *cum tu id facias* &c. In ſecundo autem ſenſu, tanquam nomina abſoluta, nominum more et declinantur et conſtruuntur, et dicitur, என் செயலை *actio mea*; நல்ல செயலை, *actio bona* &c. Et hæc ſufficiant de nominibus quoad ſyntaxin.

Digitized by Google

§. III.

De Verbis:

et I.

De modo supplendi ea, quibus caret hæc lingua.

CApite superiori, ubi de verbis, quoad modum indicativi non dedi nisi tempus præsens, præteritum et futurum. Tamulenses enim nec vocem imperfecti habent, nec plusquamperfecti: explicant tamen satis aperte conceptum suum per phrases, quæ hîc, ubi de syntaxi; jure tradendæ sunt. 112

Imperfectum.

Quarè 1) ut tempus imperfectum exprimam, loquens de re præteritâ, utar voce futuri. Sic laudans hominem, qui jam mortuus sit, si velim dicere, *ille vir verum Deum colebat, eleemosynas dabat, virtutes omnes exercebat &c.* dicam, அவனெ மெய்யான சுவாமியை வணங்குவானை, பிறரை ஐயங்கொடுப்பானை, சகலபுண்ணியங்களுஞ் செய்வானை &c. Unde quotiescumque de re præteritâ futurum usurpare videmus, ad imperfectum illud reddendum est. 2) Si gerundio cujuscumque verbi addam vocem præteritam à verbo இருக்கிறது, v. g. சொல்லியிருந்தேன, செய்திருந்தேன &c. hæc phrasis, si ex contextu appareat, cohærere tempore cum eo, quod in oratione eam præcedit vel sequitur: tunc hæc phrasis supponit pro imperfecto. Sic, நீயவரும்போது நானிதைச் செய்திருந்தேன, benè reddam, *tempore, quo veniebas, ego hoc faciebam.* Cùm enim actio mea, quæ ab illâ phrasi exprimitur, appareat cohærere tempore cum adventu alterius, benè redditur per imperfectum. Adverte, quod illud quoque, வருமபோது, cùm sit vox futuri, dicta de re præteritâ, juxta regulam nuper dictam, æquivalet imperfecto, *tempore quo veniebas.*

Digitized by Google

Plusquamperfectum.

113 Si autem illa eadem phrasis ex contextu appareat, non cohærere tempore, sed præcessisse: tunc supponit pro plusquamperfecto. Sic, நியவருமுனனெனநா னரிதசெசயதிருநதென, reddam, *antequam venires, id ego feceram*; cui æquivalet hæc alia, நானரிதசெசயதிருநதபினகுநீய வநதாய, *venisti, postquam id feceram*: apparet enim ex particulis முனனென, *antequam*, vel பினகு, *postquam*, quod actio mea præcesserit tempore adventum illius. Præterea etiam sine his vel similibus particulis, si appareat ex contextu, quod actio per gerundium cum præterito இருநதென expressa, præcesserit tempore aliam actionem, quæ habetur in oratione: semper illa phrasis reddenda est per plusquamperfectum. Sic, si dicerem, அனெகநதிர வியஙகஉலவாயை—நதிருநதாலுகி லுநதசிததிரலுயசெசமமன; cùm dicam, illum mortuum esse pauperem, satis apparet ex contextu, quod, quando mortuus est, non habebat divitias, quas ante acquisierat; unde actio acquirendi eas ex contextu apparet præcessisse tempore ejus mortem: hinc benè reddam illam propositionem hoc modo, *plures divitias acquisierat quidem, at pauper mortuus est &c.* Auctor quidam pro imperfecto assignat has duas phrases: நியவிசுவாசிககிறெயபடொதவனவிசுவாசிததான, vel, quod elegantiùs dicit ille, நியவிசுவாசிககிறெயபடொதானவிசுவாசிபபென. Pro plusquamperfecto autem assignat hanc: நியவிசுவாசிககிறெயதுகுமுனனெனானவிசுவாசிபபொம. Attamen has phrases nec legi, nec audivi unquam apud indigenas: quinimò nondum inveni, qui eas dixerit phrases tamulicas, easque intellexerit.

Opta-

Digitized by Google

Optativus.

Modo optativo caret hæc lingua, cui ſupplent per 114
aliquas phraſes. Utuntur autem vel infinitivo ஆக, à verbo ஆகி-றது, vel defectivo, க—வது, vel utroque, anteponendum unum alteri, ஆகக—வது, vel க—வதாக. Diſtinguunt autem tempora optativi hoc modo. 1) Vel addunt illas particulas vocibus futuri, ெசயெவனக, ெசயவாயாக, &c. vel ெசயெவனகக—வது &c. Sive etiam addunt illas verbali a futuro, de quo num. 107. v. g. ெசயவது, படிபபது: ſic ெசயவதாக, vel ெசயவதாகக—வது &c. ſive etiam utuntur infinitivo cum க—வது, v. g. ெசயயக—வது. vel ெசயயகக—வதாக &c. Hæ phraſes omnes inſerviunt pro præſenti, imperfecto et futuro optativi: *utinam faciam, facerem, fecero!* Et præter primum modum, qui conjugatur per perſonas, cæteri omnes, nullâ factâ mutatione, inſerviunt pro quâlibet perſonâ et numero, juxtà nomen, quod illi anteponitur. 2) Utuntur gerundio cujuscumque verbi cum infinitivo ிருக, cui addunt ſupra dictas voces, ெசயிருகக—வது vel, க—வதாக. Sive utuntur verbali ex præterito, v. g. ெசயதது, cui addunt ஆகக—வது: ſic, ெசயததாகக—வது. Et hæ phraſes inſerviunt pro quâlibet perſonâ et numero præteriti optativi: ſic, அவெனெசயிருகக—வது vel, ெசயததாக—வது, *utinam jam ibi pluerit! &c.* 3) Utuntur gerundio cujuscumque verbi cum verbali præteriti à verbo ிருகி-றது, v. g. ெசயிருநதது, ெக—ிருநதது &c. cui addunt illas particulas; ſic, நியனதுெக—ிருமெபாது நானுக—கெக—ிருநததாகக—வது: hæc phraſis inſervit pro quâlibet perſonâ et numero plusquamperfecti optativi;

Digitized by Google

tativi; unde propositio dicta vertitur, *dum tu illud audiebas, utinam et ego simul audivissem!*

Subjunctivus, si.

115 Subjunctivo pariter carent Tamulenses: supplent autem hoc modo. A voce præteriti, mutato ஏனை in ஆலை, formant vocem pro subjunctivo, *si*: v. g. ex வருதனை fit வருதாலை; ex இருந்தேனை, இருந்தாலை: ex ஆனேனை, ஆனாலை; ex படித்தேனை, படித்தாலை &c. Alio quoque modo formant vocem pro eodem subjunctivo: ex verbis, quæ desinunt in கிறது, ablato றது, addunt லை, et fit கிலை: sic ex இருகிறது, இருகிலை; ex பார்க்கிறது, பார்க்கிலை &c. Ex verbis autem, quæ desinunt per கிறது, hoc ablato, additur இலை, et eliditur *u*, si inveniatur: sic ex சொலலுகிறது, சொலலிலை; ex கடுகிறது, கடிடலை &c. Ex his excipe, quæ in præterito habent இனேனை, quæ, ablato னேனை, addunt லை. Sic ex வணங்கினேனை fit வணங்கிலை &c. quæ reverà non est exceptio; siquidem, ut pluries dixi, non est வணங்கிறது, nisi per syncopen à வணங்குதுகிறது &c. unde வணங்கிலை fit juxtà regulam generalem: et sic de aliis hujusmodi verbis. Excipe tamen, quæ ante கிறது habent unam tantúm syllabam longam, ut ஆகிறது, ex quo fit ஆகிலை; ex போறது, cùm reverà sit போகிறது, fit போகிலை; ex காணகிறது fit காணகிலை &c. Hic autem secundus modus non est quidem in usu quotidiano et familiari, attamen est elegantior. Præterea ex voce verbi negativâ fit subjunctivus à gerundio *âdu*, vel addendo *âl*. Sic ex செயயாது fit செயயாதாலை, *nisi faciat* vel *fecerit &c.* vel *si non faciat, fecerit &c.* qui modus est admodùm elegans. Vel fit addendo gerundio negativo, v. g. செயயாது vel செயயாமலை,

Digitized by Google

யாமல, ſubjunctivum இருந்தால vel போனால: ſic செயயாதிருந்தால vel செயயாமலிருந்தால; ſic செயயாதே போனால, vel செயயாமற்போனால. Vel tandem fit, ablato *du*, à gerundio *âdu*, addendo à verbo விதிக்கிறது ſubjunctivum விடலால: ſic செயயாவிடலால, சோலலாவிடலால, &c. qui modi omnes compoſiti ſunt, et juxtà compoſitionem ſignificant, *ſi fuerit non faciendo, ſi abierit non faciendo, ſi reliquerit hoc non faciendo &c.*

Formatis autem his vocibus in ஆல vel இல, iis 116
utuntur pro quâlibet perſonâ et numero, iisque ſemper addunt vocem futuri, ut inferiùs per exempla monſtrabo. Uſus autem harum vocum eſt hujusmodi. 1) Hæc vox, v.g. வந்தால, ſi præcedatur à particulâ indicativâ temporis præſentis, ſupponit pro præſenti ſubjunctivi: ſic, இனனமகுநானவந்தாலதருவாபோ, *ſi hodie veniam, dabisne?* 2) Si autem ex contextu appareat, quod ego dixerim illud, ſciens conditionem non poſſe jam purificari, tunc eadem phraſis ſupponit pro imperfecto: v. g. video hominem, me inſalutato, ut ſperabam, aliâ viâ abire, dico, அவனவந்தாலபேசுவேனை, vertam, *ſi hûc veniret, eum alloquerer.* 3) Si verò præcedat particula indicans tempus futurum, eadem phraſis ſupponit pro futuro ſubjunctivi: ſic, நீயநாளைகுவந்தாலிததருவேனை, *ſi cras veneris, hoc dabo.* 4) Si utar voce ſubjunctivi à verbo இருக்கிறது, cum gerundio cujuscumque verbi, ut செயதிருந்தால, வந்திருந்தால &c. tunc, ſi præcedat particula temporis præſentis, ſupponit pro præterito ſubjunctivi: ſic, இபபோதவர்கள வந்திருந்தாலிததருவேனை, *ſi jam illi venerint, hoc dabo.* 5) Si verò præcedat particula temporis præteriti, ſupponit pro

Digitized by Google

plusquamperfecto ſubjunctivi: ſic, நானேனை வந்திருந்தாலும், *வரப்போகிலும்* *ஆனால், ſi ego anteá veniſſem, hoc non accidiſſet &c.*

ஆனால். ஆகில்.

117 Præter hunc modum alio quoque ſæpe utuntur. Scilicet vox ஆனால் vel ஆகில், à verbo ஆகுமது, ſi non ſit conjuncta alii verbo, ſignificat, *ſi ſit &c.* v. g. இதனால்நலமானது, *ſi ſit hoc, benè quidem.* Si autem poſtponatur voci alterius verbi, ſignificat ſimpliciter *ſi*: வாழுகிறபோகில்நலமது, *ſi vales, bene eſt.* Tamulenſes autem poſtponunt hanc vocem ſingulis perſonis indicativi, in quo cohærent cum Latinis, qui particulam *ſi*, non tam ſubjunctivo, quàm indicativo conjungunt, ut datum exemplum oſtendit, *ſi vales, bene eſt.* Et pro vocibus imperfecti et plusquamperfecti, ſupplent modo, quem nuper diximus, num. 112. et 113.

Quamvis.

118 Ex quolibet ex his modis ſubjunctivi, ſi voci ஆல vel இல addatur உம, habes ſubjunctivum cum particulâ *etiamſi, quamvis*: v. g. வந்தாலும, *etiamſi veniat*; செய்தாலுமில்லாவிடினும, *etiamſi fecerit.* De voce autem ஆனாலும vel ஆகிலும plura dicam, ubi de particulis.

Cùm.

119 1) Particula *cùm*, ſive conjungatur ſubjunctivo, ſive non, ſemper, dummodò non ſit præpoſitio, exprimitur in hâc linguâ per has voces, போது, போழுது, quæ ſignificant tempus, ſive per has voces அளவில vel இடத்தில, ablativi, primus à voce அளவு, *menſura*, ſecundus à voce இடம, *locus*; quæ voces omnes poſtponuntur participiis omnibus, ſive poſitivis ſive negativis. Et licet ex his vocibus duæ primæ ſignificent tempus, inſerviunt tamen pro particulâ *cùm*, etiam quando hæc non importat tempus, ſed cauſam, et æquivalet voci *ſiquidem, quandoquidem.*

Sic

Digitized by Google

Sic நீயென்வாஅஞ்ஞதுமினுபோது vel டுபாழிது அடிபடுவாய, *cùm mihi inobediens fueris, vapulabis:* hic tò *cùm* idem eſt ac *quandoquidem.* In hâc autem propoſitione, அவனவருமபோது, வருமளவில, நீயுமவா, *cùm* vel *eo tempore, quo ille venerit, tu quoque veni,* importat tempus. 2) Eleganter ſupplent ſubjunctivum *cùm,* quando importat cauſam, utendo voce infinitivi cujuscumque verbi, cui addunt infinitivum à verbo சொல்லுகிஅது: v. g. நீயுசொலலுகசொலவ &c. *cùm tu hoc dicas,* vel *quia tu hoc dicis &c.* Et pro diverſitate temporum addunt, ஆகசொலவ, verbali participii cujuscumque temporis, et dicunt, நானவருகிஅதாகசொலவ, *cùm ego veniam;* நானவநததாகசொலவ, *cùm ego jam venerim;* நானவருவதாகசொலவ, *cùm ego ſim venturus &c.* qui modus eſt admodùm elegans.

Ablativus abſolutus.

1) Modus nuper ultimo loco dictus inſervit quoque pro ablativo abſoluto: ſic, நீயவாகசொலவ 120
வவிவனுமவநதான, *te veniente, iſte quoque venit.* 2) Elegantiùs pro ablativo abſolutò utuntur voce infinitivi ſimpliciter, ſine சொலவ: ſic, சுழற்காலடிகசுபுனதூ
ழிமபுழிகி *flante turbine, in globos ſurgit pulvis:* ſic, செவகர்நாஙகிபிருகசகீஉடாக
வவநதாகவ, *dormientibus militibus, venerunt diſcipuli &c.* et hic modus optimus eſt. 3) Ablativus in இல, à verbali ஐ, propriè redditur per ablativum abſolutum: ſic, நாணீருகைபயிலிட
படாபேசாத, *me præſente, ne loquaris hoc modo.* 4) Phraſis, quâ infinitivo cuicumque additur vox சென்ற, uſurpatur ab aliquibus pro ablativo abſoluto: ſic, நீயபோகசசென்ற யவ
னவநதான, *te abeunte, venit ille.* Hæc autem

Digitized by Google

vox செயதே nihil est aliud, quàm gerundium à verbo செயகிறது, செயது, cui addita est particula *ê*, quæ cuilibet voci, ut intrà dicam, eleganter jungi potest. Quarè idem est, ac si dicerem; செ ல்லச செயது, quæ compositio in quolibet tempore et personâ eleganter fieri potest, præcipuè si interponatur உம: sic, நானவுனகிணதச செலலவுது செயதேனு ழுதவுது செயதேன, *hoc illi et dixi et scripsi*; vel, செலல வுது செயவேனு ழுதவுது செயவேனு, *et dicam et scribam*. Unde idem est, ac si simpliciter dicerem, செனானேனா, செலவேன &c. Quarè et hæc phrasis, செலலச செயதே, idem est ac செலலலியே. Sic, நானசெல லச செயதே செயயாதேபாரு யு, et நானசெலலியேசெயயாதேபார் ரு யு, idem sonant, et potest verti per ablativum absolutum, *me ipso dicente, non fecisti*. Hæc phrasis tamen nullo modo usurpanda est: quia contra regulam, quam tradidi num. 71. gerundium venit cum recto, diverso ab eo, quod regit verbum principale. Aliqui docent, loco செயதே posse uti voce செ, போக செ, வாசெ, qnod tamen omnino barbarum est, et à rudi vulgo adeò insipienter inductum, ut nulli generali usu, vel apud plebem, invaluisse invenias.

Gerundia.

121 Gerundium, de quo num. 71. ut ibi diximus, non infervit nisi gerundio in *do*: pro gerundio autem in *di* vel *dum*, utuntur voce infinitivi: sic, உனஉனக கானவேனாகதாசெயுணடு, *te videndi desiderium est mihi*: sic, கரதநமமையிரகவநதான, *Dominus venit ad salvandum nos*.

Supina.

122 Supina non habent Tamulenses. Supplent supinum in *u*, utendo dativo verbalis participii præsentis vel futuri: sic, நீ செலலுகிறது கனீது, vel

Digitized by Google

vel elegantiùs, இது சொலவதற்கரிது, *hoc est difficile dictu &c.* Potest etiam illud verbale venire in recto, இது சொல்லுகிறதரிது &c. attamen jam non correspondet supino; sed idem est ac, *dicere hoc est difficile*: unde rò *hoc*, quod in primâ propositione erat nominativus, in hâc est accusativus, et meliùs tamulicè dicendum, இதைச சொல்லுகிறதரிது. Supinum autem in *um* supplent, utendo infinitivo cum verbo, quod importet motum ad locum: சொல்லப்போகிறன், *dictum eo*; சொல்லவருகிறன, *dictum veni*. Unde, si infinitivo cujuscumque verbi addas vocem à verbo போகிறது, *ire*, habes paulò post futurum: sic, சொல்லப்போகிறன, *dictum eo*; சொல்லப்போவேன, *dictum ibis &c.*

Participia futuri.

Participium futuri, quod habent Tamulenses, ut dixi num. 73. non benè correspondet nostro participio futuri in *rus*: non enim possumus eo uti ad explicandum finem. Quarè 1) pro participio futuri in *rus*, quando finem importat, utuntur Tamulenses simplici voce infinitivi, quâ utuntur, ut modo dixi, pro supino in *um*, cui etiam apud Latinos æquivalet hoc participium: sic நாளை 123
உனக்கிதைக்கொடுக்கவருவேன, *cras hoc tibi daturus veniam.* 2) Participium futuri passivum in *dus*, supplent addendo infinitivo vocem à verbo தகுதி, quod importat convenientiam vel obligationem, de quo plura diximus num. 86. Sic, இது செயதகுதி, *hoc faciendum est*; scilicet, vel convenit fieri, vel debet fieri: sic, நீயலபிக்கதகுவாய, *laudandus es*: sic, சொல்லதகுதலாதுசொனனேன, *dixi omnia, quæ dicenda erant &c.*

Relativum, qui, quæ, quod.

Carent quoque Tamulenses relativo *qui, quæ, quod*: 124
attamen ita supplent per participia et nomina appellativa,

Digitized by Google

lativa, ſicuti in his, quæ hactenùs diximus, videre eſt; ut poſt brevem uſum hoc relativum nullatenùs deſideretur. Ex hoc relativo habent tamen voces, quæ inſerviunt interrogationi, ut diximus num. 47. எவன, *quis?* எவள, *quæ?* எது, *quid?* Habent etiam vocem ஆர vel யார, *quis? quæ?* Hæc vox ad libitum vel poſtponitur verbali à participiis, (quod, etiamſi ſit generis neutrius, cum hâc voce inſervit non pro neutro, ſed pro maſculino vel fœminino:) vel etiam poſtponitur nominibus appellativis, quæ formantur à verbis: ſic செயகிறவனார, செயதவனார, செயபவனார, pro maſculino; செயகிறவளார, செயதவளார, செயபவளார, pro fœminino; செயகிறதார, செயததார, செயவதார, pro utroque &c. Vel illa vox ஆர, யார anteponitur dictis nominibus appellativis, vel cuilibet voci verbi abſoluti: ſic, யார செயகிறவன, யார செயதவள, &c. யார செயவது, யார செயதன &c. hoc modo enim ſemper unitur tertiæ perſonæ maſculini. Tandem hæc eadem vox ſupponit pro plurali: ſic, வருதவர்கள ஆர வருவார்கள &c.

Adverbia.

25. Adverbia pariter in hâc linguâ reverà vix ulla ſunt, ſi adverbia localia excipias. Siquidem v. g. இபோது, *nunc*, அபோது, *tunc*, எபோது, *quando?* இனறு, *hodie*, நேறறு, *heri*, நாளை, *cras* &c. non ſunt verè adverbia, ſed nomina abſoluta, quæ declinantur per caſus: et prima ſunt à nomine போது, *tempus*, cum இ, அ, எ, quæ particulæ correſpondent articulis *hoc*, *illud*, *quod?* ut diximus num. 50. Facilè autem fiunt adverbia, ſive, ut meliùs dicam, ſuppletur eorum defectus in hâc linguâ, addendo ſcilicet cuicumque nomini vel gerundium ஆய, vel infinitivum ஆக, à verbo ஆகிறது, *fieri*. Sic ex சநதோஷம, *lætitia*, fit சநதோஷமாய,

Digitized by Google

உமாய, vel சந்தோஷமாக, *lætè*; ex கோபம, *ira*, fit கோபமாய, vel கோபமாக, *iracundè &c.* Cùm enim ஆய sit gerundium à verbo *fieri*, quod apud Latinos gerundio caret, potest explicari per participium *factus*, et, v. g. சந்தோஷமாயவந்தான, verti, *factâ lætitiâ venit*, id est, *lætè venit.* Sic, cùm ad modum ablativi absoluti, ut suprà dixi, utantur eleganter infinitivo, adverbia fiunt addendo infinitivum ஆக. Præterea hoc particulari infinitivo ஆக utuntur, ut inferiùs dicam, ad explicandum modum, quo aliquid fit: sic, v. g. தூதனுகவந்தான, vertam, *venit per modum legati &c.* Unde, cùm dicitur v. g. கோபமாகசொன்னான, est, *dixit per modum iræ*, id est, *iracundè*: unde benè hæ phrases ad adverbia reduci possunt.

§. IV.

De Compositione Verborum.

TAmulenses non habent verba composita, more Latinorum, ex aliquâ præpositione seu particulâ; ut *adsum, respicio, protraho &c.* sed eleganter componunt simul plura verba, uniendo scilicet gerundio in *do* unius aliud verbum: hoc ultimum conjugatur, et significatio sumitur à gerundio. Hîc afferam aliquot verba, quæ frequentiùs solent uniri gerundiis, et compositioni verborum inservire. Ex quibus primum sit verbum, 126

இருக்கிறது.

Hoc potest uniri gerundio cujuscumque verbi, vel activi, vel passivi; vel positivi, vel negativi: et dici, செயதிருக்க, செயயபடஇருக்க, செயயாதிருக்க &c. Existimant aliqui, ex hâc unione nihil differre verbum compositum à simplici, et eodem modo explicant v. g. அடிததான et அடிததிருந்தான: attamen tanta est saltem differentia, quanta præteriti et futuri græcorum ab aoristis. Ut autem hoc clarè pateat: gerundio அடித்து

Digitized by Google

தது/ à verbo அடிக்கிறது/, *percutere*, si addam verbum இருக்கிறது/, hoc conjugari potest per sua tempora, et fieri possunt hæ tres propositiones; v. g. *prima*, ராயனை உன யடித்திருக்கிறான, *secunda*, ராயனை உன யடித்திருந்தான, *tertia*, ராயனை உன யடிப்பான. Ex his prima supponit tempus præteritum in actione percutiendi a tempore, quo hoc dicitur; et importat tempus præsens coëxistentiæ subjecti percutientis cum loquente : adeò ut, si Petrus nunc te percutiat, nullo modo possim dicere, ராயனை உன யடித்திருக்கிறான; sed dicam per vocem simplicis præsentis, அடிக்கிறான. Præterea, si Petrus ante tempus quidem, quo loquor, te percusserit; at ille jam non existat, sed mortuus sit: jam non possum dicere, உன உன யடித்திருக்கிறான, sed dicendum, அடித்திருந்தான. Hæc verò secunda propositio importat tempus præteritum in percussione à tempore, non tantùm in quo loquor, sed etiam de quo loquor : si enim Petrus heri te percusserit, non possum dicere, நேற்று ராயனை உன யடித்திருந்தான; sed per vocem simplicis præteriti, அடித்தான; et illud அடித்திருந்தான significat, illum te percussisse ante terminum in meâ propositione expositum, scilicet ante diem hesternam, vel præcesserint dies vel anni. Tandem tertia propositio அடித்திருப்பான importat quidem tempus futurum in percussione à tempore ,in quo loquor, sed supponit tempus præteritum à tempore, de quo loquor. Sic, si velim dicere, Petrus ad decimum diem te percutiet, non possum dicere, ராயனை உன யடித்தாநாளடித்திருப்பான, sed per vocem simplicis futuri dicam, அடிப்பான. Si autem dicerem, அடித்திருப்பான, significat, quod post tempus quidem, quo loquor, sed ante decimum diem, de quo in propositi-

one

one loquor, te percutiet: et idem est, ac si dicerem, *intra decem dies te percutiet*. Unde hæc propositio est mixta ex præterito et futuro, ut apud Latinos, *factum erit*, quod satis differt à *fiet*. Secunda propositio importat duplicem præteritionem, ut apud Latinos, *factum fuit*, quod differt à *factum est*. Prima tandem propositio mixta est ex præterito et præsenti, de quo apud Latinos reverà exemplum non invenio. Prima et secunda propositio spectat ad tempus præteritum, cùm utraque importet tempus præteritum in actione à tempore, in quo loquor. Unde hæc lingua tria numerat præterita, v. g. அடித்தேன, அடித்திருக்கிறேன, அடித்திருந்தேன. Tertia verò propositio, cùm importet tempus futurum, à tempore, in quo loquor, spectat ad futurum: et, si addas paulò post futurum à supino, (de quo supra diximus num. 122.) tria quoque numerat futura, அடிப்பேன, அடித்துக்கொண்டிருப்பேன, அடித்திருப்பேன.

ஆயிருக்கிறது.

Hæc specialis compositio, quando scilicet verbum இருக்கிறது unitur gerundio ஆய, à verbo ஆகிறது, *fieri*, non semper retinet significationem gerundii: கர்த்தர் மனுஷனாயிருக்கிறார, benè quidem vertitur, *Dominus factus est homo*. Attamen sæpe sæpiùs usurpatur hæc phrasis pro verbo, *habere*: sic, சந்தோஷமாயிருக்கிறேன, est, *habeo lætitiam*. In quo sensu tamen non semper possum uti hâc phrasi: ut enim dicam, *tu vaccas habes*, non dicam certè, மாடாயிருக்கிறாய. Quarè hâc phrasi pro verbo *habere* uti solum possum, quando latinè potest etiam reddi per *sum, es, est*, cum adjectivo. Sic, *habeo lætitiam*, potest reddi, *sum lætus*; sic, வியாதியாயிருக்கிறேன, *habeo infirmitatem*, vel *sum infirmus &c.* Unde dicta phrasis sæpiùs significat simpliciter idem ac *sum, es, est*: in quo sensu 127

tamen

Digitized by Google

tamen aliquando admittit gerundium ஆய, aliquando non; pro quo hæc ſit regula. Si *ſum, es, eſt*, conſtruitur cum duplici nominativo, tunc illi nominativo, qui in propoſitione eſt prædicatum, additur ஆய: ſic, *Deus eſt bonus*, dicitur, சருவேசுரனானவர நலமுள்ளவராயிருக்கிறார &c. Si autem *ſum, es, eſt*, conſtruatur vel cum dativo, vel ſimpliciter cum uno tantùm nominativo: tunc, cúm nullum ſit reverà prædicatum in propoſitione, non additur ஆய. Sic, *hæc infirmitas eſt mihi*, dicitur, எனக்கிந்தவியாதியிருக்குது. Sic, *ibi erit aqua*, dicitur, அங்கேதண்ணீருக்குமே &c. Unde, quando dubitatur, an alicui nomini addendum ſit, nec ne, ஆய, videas, an illud nomen in propoſitione ſit prædicatum: et, ſi eſt, addas, ſecus, ſi ſit ſubjectum. Hoc aliâ quoque regulâ explicari poteſt: ſi *ſum, es, eſt* explicat exiſtentiam, non additur ஆய; ſi importet eſſentiam, additur. Sic, ſi dicam, *homines hujus oppidi ſunt ſtupidi*, τὸ *ſunt*, explicat eorum eſſentiam et qualitatem: unde, addito ஆய, dicam இந்தஊரார்மனுஷராயிருக்கிறார்கள். Si autem dicam *ſtupidi ſunt in hoc oppido*; non eſſentiam, ſed ſtupidorum exiſtentiam importat τὸ *ſunt*: unde, non addito ஆய, dicam இந்தஊரிலேமனுஷரிருக்கிறார்கள் &c.

கொள்ளுகிறது. போடுகிறது.

128 Sæpe gerundio alterius verbi addunt verbum கொள்ளுகிறது vel போடுகிறது, cum hoc diſcrimine. Si verbum importet actionem, quæ reſpiciat alium ab agente, poteſt addi போடுகிறது, non autem கொள்ளுகிறது; et e contrà hoc poteſt addi, non illud, ſi importet actionem, quæ reſpiciat agentem ipſum: v. g. எழுதுகிறது, *ſcribere*. Poteſt quis ſcribere ſibi, ut v. g. ſcriptum librum retineat ſibi; et tunc benè additur, கொள்ளுகிறது. Sic, எழுதிகொண்டேன், in quâ propoſitione,

Digitized by Google

positione, etiamsi non sit எனக்கு, *mihi*, ex verbo கொண்டுவந்தான் manifeste colligitur, et vertendum est, *scripsi mihi*. Si autem scripserim, ut scriptum alteri tradam, non possum addere கொண்டு வருகிறது: sed, etiamsi non explicem, cui scripserim, addendo tamen vocem à verbo போகிறது, ut எழுதிப்போட்டேன், manifestum erit, me non mihi, sed alteri scripsisse &c. Ex hâc eâdem causâ, missi v. g. qui Petrum vocaret, et redeunti, quem miseram, dico, advocastine? tunc ille, si advocato Petro, solus redierit, respondebit, அழைத்தேனா, *vocavi*: si vero cum illo venerit et Petrus, quem vocaverat, dicet, அழைத்து கொண்டு வந்தேன்; ac si diceret, *vocavi ita, ut adducerem mecum*. Aliquando tamen additur கொண்டு வருகிறது ad simplicem elegantiam phrasis: nunquam tamen iis verbis, quæ actionem important, cum respectu ad alium. Sic dicitur, பாடுகிறேன், *cantavi*: ஆடுகிறேன், *choreas duxi &c.* Quando autem gerundio unius verbi additur gerundium கொண்டு, à verbo கொண்டு வருகிறது, et verbum வருகிறது; significat continuationem actionis, quæ à primo gerundio exprimitur. Sic, கொல்லுகிறதற்கு கொண்டு வருகிறேன், non est simpliciter, *dixi*; sed, *sæpe sæpius continuavi dicere*. Sic, பிரதி வருஷம் கொடுத்து கொண்டு வருகிறது, non est simpliciter, *eleemosynam dare*, sed, *frequenter solere eam dare &c.*

படுகிறது.

Ubi de voce passivâ, num. 77. dixi jam, verba fieri 129
passiva, si eorum infinitivo addatur verbum படுகிறது, quod est, *pati*. Addo nunc, quod, addito hoc verbo cuicunque nomini, præcipuè quod passionem aliquam animæ vel corporis importet, fit verbum compositum, cum significatione vel passivâ, vel saltem neutrâ: in quâ compositione, si nomen desinat per ம,

Digitized by Google

hoc deperditur, et ſemper duplicatur ப. Sic ex பய மம, *metus*, fit பயப்படுகிறது, *timere*: ex அழு கு *ſordes*, fit அழுகுபடுகிறது, *ſordeſcere*; ex அடி, *ictus*, fit அடிபடுகிறது, *percuti*; ex ஒரு, *unum*, fit ஒருபடுகிறது, *ex multis unum fieri* &c. Et hæc omnia habebunt ſenſum activum, ſi, loco addendi படுகிறது, addatur ejus activum படுத்துகிறது. Sic ex வெளி, *locus apertus*, fit வெளிப்படுகிறது, *aperiri, manifeſtari*, et வெளிப்படுத்துகிறது, *aperire, manifeſtare*. Sic, ஒருபடுத்துகிறது, *ex pluribus unum facere*: hic, பயப்படுத்துகிறது, *metum incutere* &c. Quæ tamen ſunt nomina numeralia, et deſinunt per ம, ut எலலாம, ஆயிரம &c. non deperdunt ம ante படுகிறது. Hinc dicitur, படாததெலலாமபட்டேன: ſic, அடிகளாயிரமபட்டேன &c. Excipe quoque காயம, *vulnus*: ſiquidem, licet reverà poſſit, eliſo ம, dici, காயபட்டேன; tamen, cùm hic modus æquivocus ſit, an veniat à nomine காயம, an ab infinitivo verbi காயகிறது, ad tollendam æquivocationem, ſi ſit ab hoc verbo, dicitur, காயபட்டது, *ſiccatum eſt*; ſi verò à nomine காயம, dicitur, காயமபட்டது, *vulneratum eſt* &c. Adverte tamen, quod in his omnibus non intervenit propria compoſitio ex illis nominibus et verbo படுகிறது, ſed hoc unitur nomini in ſuâ propriâ ſignificatione, quæ eſt, *pati*: unde பயபடுகிறது, eſt, *timorem pati*; அடிபடுகிறது, *pati ictus* &c.

ஏடுகிறது.

130 Hoc verbum ſignificat, præter alia, *permittere, ſinere*: eo autem utimur cum infinitivo alterius verbi, nullâ factâ mutatione, et tunc reverà non poteſt dici verbum compoſitum. Sic, எனஉனபிழை கஎவாடனே, *non ſinit me vivere* &c.

et hic

Digitized by Google

et hic modus elegantior est. Invaluit tamen usus, ut, factâ syncope, deperdatur *a* finale à voce infinitivi, et fiat unum verbum compositum cum verbo வரு — ஆ கிறது, et dicunt, பிழைக்கவரு — — — ான, படுத்துக்கவரு — — — ான &c. *non sinit vivere, non sinit abire &c.* Pro quo hoc unum adverte, quod in aliis vocibus omnibus deperditur, ut dixi, *a* finale infinitivi; in voce autem imperativi positivi வரு — ஆ, remanente *a* infinitivi, deperditur *ru*, à voce வரு — ஆ: et licet in imperativo quoque negativo dicatur, பி ழைக்கவரு — — — ாதே, *ne sinas vivere*; dicitur tamen, பிழைக்கவ — — ஆ, செய்ய — — ஆ *sine vivere, sine facere &c.*

அருளுகிறது &c.

Verbum அருளுகிறது, præter alia, significat, 131
ali misericordiâ, misericordiose se habere: unde, in compositione cum gerundio alterius verbi, benè explicatur per *dignari*. Unde utuntur hâc compositione, quando loquuntur de personis valde gravibus: sic, எழுந்தருளினார, *surrexit*, vel *dignatus est surgere*; sic, தந்தருளினார, *dignatus est dare &c.* Præterea Tamulenses solent addere alia verba gerundiis, ex quâ compositione nihil additur significationis verbo simplici. Addunt autem vel படுகிறது: sic, அது வந்துபடுசசு, et non significat, illud veniendo abiit, sed simpliciter, *venit &c.* Addunt இடுகிறது vel விடுகிறது: sic, திறந்திட — — ன, vel திறந்துவிட — — ன *aperui*; et alia hujusmodi, quæ usus docebit.

Verba imperii.

Tamulenses tandem ex quolibet verbo effingunt 132
aliud, quod ஏவல்வினை vocant, ac si dicerent, *verbum imperii.* Siquidem hoc modo fiunt verba, quæ important actionem, quæ fit ex imperio vel saltem suasione illius, qui venit in recto. Fiunt autem hoc modo: ex voce futuri — — ன fit — — கிறது;

Digitized by Google

et ex voce வேன fit விகிறது, et juxta regulas generales conjugantur; in præterito habent தேன, in futuro படுவேன. Sic v. g. ex அடிப்பேன fit அடிப்பிகிறேன், அடித்தேன, அடிப்பிடுவேன &c. et significat, quod ego per me ipsum non percutio quidem, sed mediante alio, qui alium percutit ex meo imperio vel suasione, dicor illum percutere: unde vertendum, *facio, ut percutiat, feci, ut percuteret &c.* Sic ex செய்வேன fit செய்விகிறேன், செய்வித்தேன, செய்விடுவேன், et significat, quod ego quidem non operor, sed imperio et suasione *facio, ut alter operetur, feci, ut alter operaretur &c.* Advertе quod, quæ in futuro habent ante வேன *u*, mutant hoc in *i*, et habent றிகிறது: sic ex சாலுவேன fit சாலுகிறது, ex மயங்குவேன, fit மயங்கிகிறது, ex பணிவேன fit பணிகிறது &c. Quæ tamen ante வேன habent tantùm duas syllabas breves sine consonanti duplici intermediâ, non mutant *u*: sic ex வருவேன fit வருகிறது, ex விடுவேன, விடுகிறது, ex அழுவேன், அழுகிறது &c. Et hæc de verbis compositis.

§. V.

De usu Infinitivi.

133 VOce infinitivi eleganter admodùm utuntur Tamulenses: præcipuos autem usus hîc tradam. Et 1) æquivalet omnino infinitivo Latinorum, *credere, amare &c.* Attamen non quoties Latini post verbum utuntur infinitivo, eo semper utuntur Tamulenses: pro quo sit hæc regula. Si oratio latina, quæ post verbum habet infinitivum, vertatur sive gallicè, sive lusitanicè, sine voce *que*, sed vertatur vel per simplicem infinitivum, vel per particulas *de* vel *à*, tunc semper tamulicè utimur infinitivo. Sic, *volo facere*, G. *je veux faire*,

Digitized by Google

veux faire, L. *quero fazer*, T. நான் செயயவே ணும. Sic, *cupio facere*, G. *je desire de faire*, L. *desejo de fazer*, T. செயயவிரும்புகிறேன். Sic, *incipio facere*, G. *je commence à faire*, L. *principio à fazer*, T. செயயதது/வகிறேன &c. Si autem infinitivus Latinorum à Gallis vel Lusitanis vertatur per *que*: tunc tamulicè non utimur infinitivo, sed ad modum phrasis gallicæ, & lusitanicæ, loco illius *que*, ponitur எனஅ, gerundium à verbo எனகிறது, et verbum, quod per infinitivum exprimebatur in phrasi latinâ, venit hîc per tempus et personam, juxtà exigentiam orationis. Sic, *te venisse dixit*, G. *il dit, que tu étois venu*, L. *disse, que tu tinhas vindo*, T. நீயவநதது யெனஅ சொனனான &c. In hoc ultimo sensu hæc lingua eleganter utitur verbali à participiis: v. g. வருகிறது, வநதது, வருவது, quod, sine voce எனஅ, vel usurpatur in accusativo; sic, நீயவநததைச சொனனான &c. vel etiam, quod adhuc elegantius est, illi verbali additur infinitivus ஆக; sic, நீயவநததாகச சொனனான, *te venisse dixit*. Sic, அவர்கள வருவார்களென்அ சொனனான, vel, அவாகள வருவதைச சொனனான, vel elegantiùs, அவர்கள வருவதாகச சொனனான, *dixit illos venturos esse &c.*

2) Quando verò tò *que* apud Lusitanos et Gallos 134
vertitur latinè non per infinitivum, sed per subjunctivum *ut*; tunc tamulicè eleganter utimur infinitivo: sic, *dic, ut veniat*, வாசொலல &c. Hinc, cùm latinè elegantiùs dicas, *desidero, ut veniat*, quam, *illum venire*: et meliùs, *necesse est, ut veniat*, quàm, *illum venire &c.* hæ propositiones tamulicè vertuntur per infinitivum: அவனவர விரும்புகிறேன, அவனவர வேணடியது &c. Unde secundus usus infinitivi est explicare subjunctivum *ut*.

3) Eleganter utuntur infinitivo, sicuti Latini per 135

Digitized by Google

figuram detractionis, quando, sublato verbo *incipio* &c. per congeſtam infinitivorum ſeriem, orationem elegan-ter explent: v. g. *extenſæ apparere nubes, undique ob-ſcurari cælum, fulgura micare, mugire tonitrua* &c. Sic eleganter dixerim tamulicè: மேகங்கள் பர வுந்து படர, மூடனை வானமெங்கு மிருள, மேகங்களுள் பின்னந்தா ன்பொலி னனலுகள் விளங்கி மின் னன, விடிகள்விட்டதது மூழங்க. நா ன்கு திசையிலுங்கா ன்மழைபெய்தீ ர்ந்து/விச, தெரிவாய்விடாமலம் பிழும்பொழிந்து/பெய்ய, படபடெனுமழை தீரண்டுவெளவளமோடியா ன்கவுந் துகுளங்களுந் நிரம்ப வுயிர்க்குலஞ் ஞமகிழ்ந்தது வாழ &c. Hoc modo læpiſſimè etiam in uſu familiari eleganter loquuntur Tamulenſes.

136 4) Aliquando tamulicè utimur infinitivo aliquorum verborum ad modum adverbii. Sic ex ஆகிறது/ fit ஆக *ſimul*; ex மேறது/கிறது/ fit மேறத, *antea*: ſic ex திருமபுகிறது/, திருமப, திரு மபவும, *iterùm*; ex மீளுகிறது/, மீளவும, *iterum*; ex மிகுகிறது/, மிக vel மிகவும, *abundanter, auctim*; ex நிரைகிறது/, நிரை ய *plenè*; ex ஏகிறது/, ஏக க, *ſimul*: et alia hu-jusmodi, ex quibus plura inferiùs tradam, incipienda à num. 168.

137 5) Si autem iterato utamur eodem infinitivo, ut பேசப்பேச, போகப்போக &c. tunc ſup-ponit pro gerundio in *do*, quando hoc importat conti-nuationem et cauſam; ut, quando dicimus, *fabricando fit faber*: hæc enim propoſitio ſignificat, quod ex continuatione fabricandi, tanquam ex cauſâ, aliquis fit faber. Sic tamulicè v. g. பேசப்பேச வெந் துபாஷையும வருமம, *loquendo diſcitur quæ-tumque lingua*, id eſt, ex continuatione loquendi, tan-quam ex cauſâ, diſcitur quælibet lingua. Sic dicunt,

எழுத்

Digitized by Google

ஏறுமாபோலநடக்கநடக்கக்கலுங்குழியாதுமே, quod juxtà noſtrum proverbium verti poteſt; *formica cavat lapidem, non vis, ſed ſæpe eundo.* Hinc நாளும்பொழுதுபோக, eſt, *decurſu temporis &c.*

6) Sæpe Tamulenſes, addendo voci infinitivi particulam *ô* interrogantis, utuntur infinitivo pro primâ perſonâ futuri, ad modum vel veniam petentis, vel alteri minantis. Sic அடிக்கவோ, eſt அடிப்பேனோ, ſcilicet vel petendo veniam alium percutiendi, vel minando me percuſſurum eum, quem alloquor. Vel etiam aliquando æquivalet huic propoſitioni, *numquid percutiam?* ut explicem, certò nolo percutere, vel non poſſum percutere &c. quo modo ſæpè et admodùm eleganter utuntur in hâc linguâ voce infinitivi. 138

Tandem, ut appareant uſus omnes infinitivi, attingam hîc, quæ ſuperiùs explicavi. Quarè 139

7) Utuntur infinitivo pro imperativo, num. 69,

8) Pro optativo cum கடவுது, num. 114,

9) Pro ablativo abſoluto, num. 119.

10) Pro gerundio in *di* & *dum*, num. 121.

11) Pro ſupino in *um*, num. 122.

12) Pro participio futuri in *rus*, num. 123.

ஆக.

Particularis hic infinitivus ஆக, à verbo ஆகு, præter dictos duodecim uſus, communes verbis omnibus, alios admittit. Et 1) exprimit eleganter hoc quod latinè dicimus *ſponte, ex ſe ipſo:* v. g. fecit quis ſtatuam equi, quæ intùs compoſitis arte machinis, nullo impellente, ex ſe ipſâ ſaltando currit. Poſſem hoc explicare per ablativum தானே, qui reverà explicatur, *ex ſe ipſo:* elegantiùs tamen dicam, தானேகுதித்தோடிவருமே &c. Sic parvulus agit aliquid ſuprá ætatem; quæro, *fecitne hoc ſponte ex ſe ipſo, an alio dicente?* tamulicè vertam, 140

Digitized by Google

இதைதானாக செய்தானென்றுவேறாக
வைச்சொல்லாச் செய்தானென்று &c. Possem quidem dicere, தானாச்செய்தானென்று &c. attamen தானாக æquivoco obviam est, cum significet etiam, quod ille ipse fecerit, et non alius, vel fecerit ex se ipso, vel alio impellente.

141 2) Diximus suprà, ஆக sumi pro *simul*. In hoc sensu, postquam separatim numeravi plura, (quod tamulicè dicitur, வகைச்சாலுகிறது,) si ea in unum coacta velim unico numero dicere, (quod Tamulenses dicunt, தொகைச்சாலுகிறது,) tunc utar voce ஆக: v. g. emi quinque boves, tres vaccas, undecim oves et septem capras, *quæ simul coacta, sunt viginti sex capita*; hoc ultimum tamulicè dicam, ஆகத்தலையிருபத்தாறு &c.

142 3) ஆக significat *ad modum, in qualitate, tanquam*; sic, ஏடுதலைகவந்தார், *venit ad modum triumphantis*; தூதனாகவந்தான், *venit in qualitate legati*; சூரியனாகவிளங்கியெழுந்தருளினார், *surrexit splendens tanquam sol &c.*

143 4) Si ஆக uniatur nomini இடம், *locus*, idem est ac *pro*, *loco* alterius, et petit dativum, aliquando genitivum; vel etiam unitur nominativo: sic, அவனுக்குபதிலாகஇடமாகவிவனுக்கவந்தான், *loco eâ eundi, hùc venit*; sic, என்னிடமாகநீயுபோ, *abi tu pro me*, vel *loco mei*; sic, விலையிடமாகவிருந்தது தந்தான், *dedit pro pretio prandium &c.* Sæpè lapsus in hoc sensu utuntur simplici infinitivo ஆக, sine இடம், quod adhuc elegantiùs est: sic விலையாகவிருந்தது தந்தான்; sic கையடையமாகவிசுவாசத்தைக்கொண்டிருந்தான், *habebat pro scuto fidem &c.*

144 5) ஆக significat etiam, *ut prosit*, vel *propter*, et petit dativum: sic, உனக்காகச்செய்வேன், *faciam*

Digitized by Google

faciam ut tibi prosit, propter te. Hinc apparet, quam malè aliqui dicant, v. g. பாவஞ்செய்தற்காக வந்தேன்: cùm dicendum sit, பாவஞ்செய்ய வந்தேன். Verbum autem ஆகி ஆக in quocumque tempore admittit hanc significationem: sic, இந்தவியாதிக்கு இது குணமாக, *huic infirmitati proderitne hoc?*

கொண்டல்.

Infinitivus quoque கொண்டல், à verbo கொண்டலுகிறது, præter communes specialem usum habet; auditus siquidem infinitivo alterius verbi, importat causam, et eleganter sumitur pro *quia, quatenus.* Sic, பாவியாய நடக்கக்கொண்டல் அவனுமாயக்கெடுவான, *quia malè vivit, mal. peribit;* hic, காலமேயவன் வந்ததாக்கொண்டல், *quia sumuo mane venit &c.* Sic, நாளைவருவதாகக்கொண்டல், *quia cras veniet &c.* Unde, ut ex allatis exemplis apparet, pro diversitate temporum, eleganter utimur participiorum verbalibus cujuscumque temporis cum infinitivo ஆக, cui additur hic alius infinitivus கொண்டல். Quæ omnia per ablativum causæ poteram quidem explicare, dicendo, நடக்கிறதினாலே, வந்ததினாலே, வருவதினாலே &c. sed uti hoc infinitivo, modo nunc dicto, longè elegantiùs est. 145

Tandem ad complementum eorum, quæ hîc de syntaxi verborum tradidi, addam aliquid, quoad usum et significationem aliquorum verborum. Et 1) hæc duo verba, வாங்கிறது et கொடுக்கிறது; *accipere* et *dare*, inter se talem respectum habent, ut primo non possim uti, nisi accipiatur aliquid ab eo, qui illud manibus dare possit: nec hoc secundo uti possum, nisi dando illi, qui manibus possit accipere. Sic, si velim dicere, *accipe pecuniam, quæ est in illâ arcâ:* non possum uti verbo வாங்கிறது, cùm non debeas eam accipere è manibus alterius; sed uti debeo verbo எடுக்கிறது, *assumere, elevare:* sic, அந்தப் 146

Digitized by Google

டைத்தியிலிருக்கும் பணங்களையெடு &c. Si autem dicam, *ibit, ut accipiat illud à Petro*: tunc bene utar verbo வாங்கிக்கிறது, cùm illud è manibus Petri accipiendum sit, தாயனைக்கி ——, vel தாயனைகையிலையதைவாங்கப்போவான &c. Sic, ut dicam, *da herbam equo*, cùm equus manus non habeat, quibus herbam accipiat: non possum uti verbo கொடுக்கிறது, sed utar verbo போடுகிறது, *projicere*: sic, குதிரைக்குப்புல்லைப்போடு, *projice herbam equo*. Bene autem dicam, செட்டைக்குப்பணங்கொடு, *da pecuniam mercatori*, cùm hic manus habeat, quibus illam accipiat &c. 2) தருகிறது et கொடுக்கிறது, utrumque significat *dare*. Sic, வருகிறது et சேலைகிறது, utrumque significat *venire*, *pervenire*: licet hoc ultimum alia quoque significet. Hæc tamen quatuor verba usu inter se differunt; omnia indiscriminatim inserviunt, cum respectu ad tertiam personam: v. g. அவனைக்குப்பணங்கள்தாதானே, vel, கொடுதானே, *dedi illi pecuniam*; sic பணமவனைக்குவந்தது vel சேனைது, *venit illi pecunia*. At cum respectu ad primam vel secundam personam, docet Tamulensium Grammatica, non posse nos uti verbo கொடுக்கிறது, nec சேலைகிறது, sed debere uti verbo தருகிறது, et வருகிறது. Sic barbarum est dicere, எனக்கு vel உனக்குப்பணங்கள்தாகொடுதானை, sive, பணமெனக்கு vel உனக்குச்சேனைது: sed dicendum est, எனக்கு vel உனக்குப்பணங்கள்தாதந்தானை, *dedit mihi* vel *tibi pecunias*. Sic dicendum, பணமெனக்கு vel உனக்குவந்தது, *venit mihi* vel *tibi pecunia* &c. Præterea eadem Grammatica docet, has tres voces எய°, தா, கொ, quæ omnes correspondent huic *da*, ita inter se differre, ut எய° sit vox

Digitized by Google

sit vox rogantis superiorem, தா sit vox petentis ab æquali, கொடு sit vox imperantis inferiori. Scio vulgò non bene hoc discrimen servari, sed quod à peritis præcipitur, non censui prætermittendum.

§. VI.

De aliquot tamulicæ linguæ particulis.

PArticulas இணைசொற்கள் vocant Tamulenses: ac si dicerent, *vox intermedia orationi*. 147
Cùm autem in quolibet idiomate particulæ, ut gemmas aurum, orationem uniant et ornent: nonnulla hîc de particulis et aliis vocibus, quibus ad instar particularum utuntur Tamulenses, tradere statui. Quarum prima sit,

உம்.

Hæc autem particula 1) æquivalet conjunctioni *et*; additur autem vel singulis, vel nulli ex his, quæ numerantur: v. g. இவனுமவனுமவந்தார் கள், et non, இவனவனுமவந்தார்கள். Quando verò உம் est cum negatione sequenti, sumitur pro *nec*, ut infrà dicemus, et tunc benè numeratis sine ullâ conjunctione pluribus, in fine additur semel உம்: v. g. இவையிலதுள்ளகாலமழைமேனிபயிர்களுமகுசாதிருந்தனவாம், ac si dicerem, *solem, frigus, ventum, pluviam, famem, sitim, nec hujusmodi calamitates timebat ille* &c. 2) Quando distinguo numerum à re numeratâ, et non dico, v. g. *duo boves*, sed, *hi duo sunt boves*; addendum est, உம்: sic, இரண்டுகள்ளைகளுமிரு, et non, இரண்டுமிரு; hoc enim est, *duo boves*. 3) Quando numerus, qui exprimitur, est completus, addendum est உம்: v. g. si dicam, *dolet mihi unus oculus*, hic non est numerus perfectus, cùm duos oculos habeam; hinc, non addito உம், dicam, ஒருகண்ணோகுது. Si autem

uterque

Digitized by Google

uterque doleat, addendum eſt உம: ſic, எனக்கே னுங் கண்ணுமே, vel கண்ணுங்கே னுமேநோகுது: et, ſi hîc non adderem உம, videretur ſupponi, me tertium adhuc habere oculum. Sic ſi dicam, இந்த மாணுடுமாடுகளானது, *hi duo boves mei ſunt*; cùm non addiderim உம, intelligitur, adhuc plures ibi eſſe boves: quod ſi hi duo tantùm, qui mei ſunt, ibi eſſent, addito உம, dicendum erat, இந்த மாணுடுமாடுகளுமானது &c. 4) உம ſæpé idem eſt, ac apud Latinos, *quoque* ſive *vel*, quando ſumitur pro *etiam*: ſic, நீயுமெனமகனே, *tu quoque, fili mi*. Hinc, ſi voci ஒன்று, quod eſt *unum*, addas உம, et ſequatur negatio, idem eſt ac *nihil*: ſic, ஒன்றுஞ் செய்யேனா, *nihil faciam*; eſt enim ac ſi dicerem, *non faciam vel unum quid*: ſic தண்ணீருங்கொடேனா, *vel aquam non dabit* &c. 5) Hinc உம, cum negatione ſequenti, æquivalet noſtro *nec*: ſic நானுஞ் செய்யேன, *nec ego faciam*; ſic நன்மையுந்தீமையும், *nec bonum, nec malum*. 6) Si addas உம vocibus dubitationis, importat ſenſum univerſalem: ſic எங்கு, *ubi?* எங்குமே, *ubique*; யார, *quis?* யாருமே, *omnes*; எப்படி, *quomodo?* எப்படியுமே, *quomodocumque*; எப்போது, *quando?* எப்போதுமே, *ſemper* &c. Idem fit, ſi eisdem vocibus dubitationis addas vocem ſubjunctivi, *et/i, quamvis*, de quo num. 118. ſic, எங்குபோனுமே, *quocumque ierit*; எப்படிச்செயதாலுமே, *quomodocumque fecerit* &c.

ஓ.

148 Hæc ſecunda particula, quæ longa eſt, 1) eſt vox interrogantis, et in oratione additur voci, per quam exprimitur id, de quo dubitando interrogamus: v. g. dubito, an dederit quis mihi pecuniam, dicam, நீயெனகுபணந்தந்தாயோ. Si autem, certus de traditione pecuniæ, dubitem, fuerint

fuerint decem nummi, necne; tunc ஓ non debet addi verbo தந்தாய, cùm de hoc non dubitem, sed addi voci nummorum, de quibus dubito, quot sint: நீயெனக்குபடதது படணமேதந்தாய. Si verò, certus de traditione et numero pecuniæ, dubitem tantummodò, dederitne mihi, an alteri; addam ஓ voci *mihi*: நீயெனகோடதது படணந்தந்தாய. Tandem, si certus quoque sim, me accepisse talem pecuniam, dubitem autem, à quo acceperim; ஓ additur voci *tu*: நீயோவெனகுபடதது படணந்தந்தாய &c. Sic etiam latinè dicimus, *tu mihi pecuniam dedisti ne?* vel, *tu mihi decemne nummos dedisti?* vel, *tu mihine decem nummos dedisti?* vel tandem, *tune dedisti mihi decem nummos?* quæ sanè inter se satis differunt. 2) Si particulæ ஓ addas எனிலும, vel எனினும, (utraque vox, subiunctivus *si*, à verbo எனகிறது, *dicere*;) sic, v. g. அவனேவெனிலும, vel அவனேவெனினும: est, *si dicas, avenò*, id est, si interroges de illo, ille fecit? dixit? &c. Unde hæc phrasis correspondet voci latinæ, *at, verò, autem*, et vertam, *at ille*, vel, *ille verò*, vel, *ille autem &c.* 3) Si addas ஓ voci ஆல, subjunctivi *si*, necessitatem aliquam moralem explicat illius medii ad illum finem, et idem est ac, *non aliter quam*: v. g. *Si relictis omnibus Christum sequutus fueris, salvus fies.* Cùm quis, rejectis omnibus, si præcepta servaverit, benè possit salvus esse: quarè huic propositioni non possum addere ஓ, et dicere, எலலாதனதையுநது மநது யேசுநாதனைபினசெனறாலோகனைசெயவாய. Cùm autem observare divina præcepta, sit necessarium ad salutem, bene addam ஓ, et dicam தெவகமபிரணயினபடிசெயதுநாதனைபினசெனறாலோகனைசெயவாய; in quâ propositione includitur hæc alia, si non observaveris, non poteris salvus esse: unde bene vertitur, *non aliter, quam*

Digitized by Google

quam observando divina præcepta, salvus ſies. Sic, அவனை வந்தாலோ செய்யமாகும், *non aliter, quàm illo veniente, victoria conſtabit &c.* In hoc ſenſu, et hoc eodem modo utuntur vocibus உனக்கு, அல்லோ, அல்லவோ, quæ voces idem ſonant ac *nonne?* 4) Sæpe utuntur ஓ pro negatione, ut aliquando et nos utimur modo interrogandi, dum ſanè reſponſum non expectamus, ſed intendimus negare emphaticè: ſic, நானே சொன்னேனோ, *numquid ego dixi?* id eſt, *non dixi.* 5) Aliquando utuntur ஓ pro conjunctione *et*, ubi augmentum et hyperbolem explicare intendunt. Sic narrans quis pompam feſti, dicet, அதிலேகூடனமனுஷரோட வந்ததுதிரளாகலோட யாவுனகலோட கோயிலிலேவிழுந்ததாணிகணகலோட விரிதபடநிகலோட ஜனதவுடனேமகலோட துவிதமலர்கலோட செயதசிபடிகலோட விதெலலாமெவரானுதுசொலலதகுந்தனமையலல &c. 6) Si poſt ஓ addas vocem, quæ æquivaleat verbo *neſcire* vel *dubitare*; tunc ஓ idem eſt ac *an, utrum?* ſic, வருவானோதெரியாது, *an venturus ſit, neſcio*; அவனோசந்தேகம், *dubium eſt, an ſit ille*; செத்தானோவத்தியன, *utrum mortuus ſit, neſcio*; et tunc non additur என்ன, ut patet in allatis exemplis. Si autem ſequatur verbum, quod ſignificet aliud quàm *neſcire* vel *dubitare*, utimur in eodem ſenſu hâc eâdem phraſi; addendum tamen eſt என்ன: ſic, வந்தானோவென்னகேள, *quære, an ille jam venerit*; அவனோவென்னசொலலு, *dic, utrum ſit ille &c.* 7) Tamulenſes, ut diximus, præter ஓ habent voces, quæ ex ſe ſunt interrogativæ; v. g. ஆர, *quis?* எப்படி, *quomodo?* எங்கே, *ubi? &c.* Si autem, interrogationi interrogationem addendo, his vocibus addas ஓ, jam non ſunt voces interrogantis, ſed ignorantis: ſic, ஆரோ,

Digitized by Google

ோர, *neſcio quis ſit*; அவனெங்கேயோ, *neſcio, ubi ille ſit* &c. Poteſt quidem addi, அறியேன, *neſcio*: attamen, etiamſi non addatur, ſatis apertè ſubintelligitur: ſic, ஒருவோருவன் வருதான, *venit quidam, neſcio quis ſit.* 8) Tandem ஏ aliquando poteſt poni in principio orationis, et tunc meliùs duplicatur, ஏஏ; et ſic exprimit admirationem cum gaudio, vel admodùm irridentis: v. g. video plorantem, quæro cauſam, et ipſe nugas narrat, ex quibus ineptè plorat; dicam, ஏஏ நீ கதெவழுகிறாய, *oh! ex hoc ploras?*

ஏ.

Hæc particula ஏ, quæ longa eſt, in fine nullius vocabuli per ſe invenitur in linguâ tamulicâ, ſed ſemper eſt addita, et ad libitum ubicumque addi vel auferri poteſt. Et 1) utuntur hâc particulâ ad exprimendam certitudinem quandam ac vim, quæ explicari vix poteſt. Additur autem voci, in quâ vim facere intendimus, eo ferè modo, quo diximus addendam particulam ஏ voci, per quam exprimitur id, de quo dubitamus: ſic, நீயெனகிதைசொனனாயே, vim facio in actu dicendi, ac ſi dicerem, *dixiſti quidem hoc mihi*; நீயெனகிதையேசொனனாய, *tu hoc ipſum dixiſti mihi*; நீயெனகேயிதைசொனனாய, *mihi ipſi hoc dixiſti*; நீயேயெனகிதைசொனனாய, *tu ipſe mihi hoc dixiſti* &c. 2) Utuntur hâc particulâ ad diſcernendum ſignatè unum à multis. Plura v. g. pendent ab arbore poma; peto unum: quod nollem, afferunt; illo rejecto, aliud digito oſtendens, dico, இதேயலாதது, quod non poſſem dicere, ſi unum tantum eſſet. 3) Eleganter additur ஏ cuilibet voci gementis: ſic, ஐயோகெடுதேனே: எனமகனேநீதானிறந்துபடுதேனே: உயிராதாயவாயெனமகனேயோருயிரா உலகுழந்தேனே, *heu perii! heu mihi, filius meus*

149

meus mortuus est! unicum filium, vitæ meæ subsidium, perdidi! 4) Aliquando hæc particula nihil addit voci, cui adjungitur; ut quando additur ablativis, ut suo loco dixi: மேகத்திலே, மேகத்தினாலே, மேகத்திலேயே — &c. Quare hujus linguæ periti ferè nunquam his ablativis addunt *ê*, saltem in suis libris.

ஐயோ. அனேக. ஏன. ஆகாது.

150 1) ஐயோ, vel ஐயையோ, vel அநேதா interjectiones sunt dolentis et compatientis, quæ per se solæ usurpantur, nec ullum casum petunt. ஆ quoque præcipuè hoc modo duplicatum, ஆ ஆ, est compatientis: sic, ஆ ஆ செத்தானே, *ah! mortuus est &c.* 2) அனேக, vel அலலோ, vel அல்லவோ idem sonant ac, *nonne?* இவனலலோ சொன்னான, *nonne hic ipse dixit?* Hæ autem particulæ adduntur voci, in quâ vim facere intendimus, uti diximus de ஏ. 3) ஏன, *ên*, idem est ac *cur?* Potest anteponi vel postponi verbo cum hoc discrimine: si anteponatur, verbum usurpatur personâ, numero et tempore, juxtà exigentiam orationis; sic, ஏன வந்தாய, *cur venisti?* ஏன வருகிறான, *quarè ille venit?* ஏனவருவிதாகவா, *cur venietis?* Si autem hæc particula postponatur, pro quâcumque personâ, numero, genere et tempore usurpatur vox tertiæ personæ masculini temporis futuri; வருவான, இருபபான &c. Sic, நான, நீய, அவர்களா, அது &c. வருவானேன, போவானேன &c. Hinc hæc phrasis, அதை னான்னால, propriè est, *si quæras, cur illud?* et explicatur per *quia:* est alia huic similis, அதைதி னான்னால, est, *si quæras, quid illud?* et explicatur per *scilicet.* Sic, நான சொன்னானதாகசெய யாதேயதேனானால்செயவாயாகி ல்சாவதேநிசயம, *ne facias, quod dixi, quia si feceris, certò morieris.* Sic, நான சொன் னானதாகசெயயாதேயதேதேனால்

யாகி

போகிறதாகத்தோன்றுகிறது, *ne facias, quod dixi, scilicet, ne afficieris peccatoribus.* Dici quoque potest, அதேதானானில் et அதேதானில், et idem significant. 4) ஆகும். Vox est hæc, quæ, si postponatur orationi, æquivalet voci *fortasse*: sic, திருடவந்தாளாகும், *fortasse venit, ut furaretur*; அவனல்லவாகும், *fortasse ille bonus est &c.* Si autem hæc vox interponatur orationi, dubium omne expellit, et emphatice affirmans, æquivalet voci, *certè, sanè, quidem*: sic, பணமற்றியாகஉன்சுபாவந்தானாகுமிடமாய, *certè si tu virtutes exercueris, et non aliter, salvus fies*; திருடவாகும்வந்தான, *venit quidem, ut furaretur*; இவனுகுநல்லவன, *hic sanè bonus est &c.*

மேன. பின. முந்தி &c.

Hæ voces non præpositiones, ut aliqui dicunt, sed 151
nomina sunt, quæ declinantur: et usurpantur præcipuè tres casus, மேனைகு, மேனுள, மேனால; பினைகு, பினுள, பினால. Ex his மேன idem sonat ac *ante* vel *antequam*: sic aliæ voces ex hâc derivatæ, மேனேன, மேனுள்யும, மேனட, மேனார. E contra பின idem sonat ac, *post* vel *postquam*: sic et aliæ voces ex hâc derivatæ, பினேன பினுள, பினுள்யும பினட, பினார, பிறகு, பிறபாடு 1) Hæ voces omnes, si postponantur nomini, petunt genitivum vel dativum: sic அதினேன அதுகு மேன, *ante illud*; அதினபின, அதுகுபின, *post illud &c.* Si autem hæ voces uniantur verbo, *primæ* uniuntur participio futuri; நானசொல்லுமேனென, *antequam dicam vel dicerem &c. secundæ* uniuntur participio præteriti; நீயிதைசெய்தபின, *postquam hoc fecisti, vel jam feceris &c.* Et e contra usurpari non possunt, nec

potest dici, வந்தமுன, nec, வருமபின &c. Omnes autem indiscriminatim postpunt uniri verbali a participiis præteriti vel futuri, quod usurpatur tuno vel in dativo, vel in genitivo: sic, நீயவந்ததின vel வந்தது/கதுமுன-பின, *antequam ventres*, sive *postquam venisti* vel *jam veneris*; sic, நீயவரு வதின vel வருவது/கது, vel melius, வருவ தமீதுமுனபின, *antequam venias*, vel *postquam veneris* &c. Ex his முன cum suis derivatis unitur quoque, et multó elegantiús, participio negativo, ablato *da*: sic, நீயிதைசெயயாமுன னெனயிஙகேவா, *antequam hoc facias, veni huc.* Potest etiam uniri dativo verbalis a participio negativo: நீயிதைசெயயாததுகதுமுன &c. 2) Si hæ voces usurpentur absolutè sine casu, vel in principio orationis, முனனெனமுன னுலல &c. idem sonant ac, *antea.* பினஉன, பினனென &c. idem sonant ac, *postea*, vel etiam, *præterea*: sic, பினஉனவெனன, *præterea quid?* sic, முனனென, vel முனனுலசெ யதனைசெசாலலு, *dic, quod antea feceris.* 3) Utuntur quoque pro முன, vel gerundio முநதி, vel infinitivo முநத, utrumque à verbo முநது/கீ மது/, *præcedere.* Usurpantur, ut முன, genitivum tamen non admittunt, sed cum dativo dicitur, அது/கதுமுநதி, vel அது/கதுமுநத, et bene explicatur, *ante illud.* Si autem usurpentur absolutè vel in principio orationis, idem sunt ac, *primó*, vel *priùs*: முநதி, vel முநதவினைசெசாலலு, *dic primò*, vel *priùs hoc* &c. et tunc sæpe iterantur; முநதி முநதி, vel முநதமுநத &c. *præcipuè.*

பழ.

152 Hæc vox nomen est, quod præter alia *modum* significat, et bene declinatur per omnes casus: பழயி ன, பழதது, பழனய, பழயில, ப பழயால, பழபொரு. Et 1) eo sæpe utuntur

Digitized by Google

tur in recto absolutè pro obliquis, et loco dicendi v. g. படுத்தான் dicunt, படு, vel addito ê, படுத்தே, et uniunt illud cuilibet participio pro quâlibet personâ: sic நான, நீய் &c. செயுகிறபடு, செயுத படு, செயுயுமபடு, et proprie est, *modo, quo ego, tu, facio, facis, feci, feciſti, faciam, facies &c.* et bene explicatur per *ſicuti &c.* Et hîc elegantiùs, ut ſæpè dixi, utuntur participio futuri pro præſenti. 2) Si படு veniat in dativo, importat finem, et bene explicatur per *ut*: ſic, நான செயுமபடுகுது, *ut faciam &c.* 3) Si veniat in ablativo cauſæ ஆல importat cauſam, et explicatur per *quia*: ſic, நீய செயுத படுயினால, *quia feciſti &c.* Hoc modo ſæpe unitur participio ஆன, a verbo ஆகிறது, et fit, ஆன படுயினால, *quia hoc eſt, cùm hoc ſit*: et ſic uſurpatur absolute et in principio orationis, et bene explicatur per *quarè, quapropter, propterea.* 4) Tandem ex hoc nomine படு ſunt illæ voces, quas ſæpe retuli: இபடு *hoc modo*, அபடு, *eo modo*, எபடு, *quo modo?* எபடியும, *quocumque modo*, இப்படுகிறதுது, *hujusmodi &c.*

உளட.

Hæc vox quoque nomen eſt, quod declinatur, உளடன, உளடுகு &c. et ſignificat *partem interiorem*: ſic, உளடுகுமருந்து தந்தான, *dedit medicinam intùs* sumendam per modum cibi vel potus ſic, உனனுளடுபுறமுள்ளதுகளுக்கு வாக்கு, *Deus ſcit, quæ tibi ſunt intus et extrà.* 1) Utuntur autem hâc voce quoque absolutè in recto pro obliquis, et ſæpe addunt ê, உளடுளட. Et, ſi uſurpetur cum genitivo vel dativo, cui ſemper poſtponitur, æquivalet præpoſitionibus *inter* vel *intrà*: ſic, வீடுகளுளட, *intra domum*; படுகுகுளட, *intra arcam*; உவாகுகுகுளடுளட, *inter illos &c.* 2) Poteſt

absolutè usurpari in principio orationis, et tunc idem est ac, *intùs*: sic, உளேளான்மிலை உலை, *intùs nihil est &c.* 3) Hoc nomen உள் unitur verbo படி or ஆகி, vel ஆகு. Sic, உள்படிகிறது, vel, quod idem est, உட்படுகிறது, et உள்ளாகிறது; et tunc propriè significat, *fieri intùs*, id est, *ingredi*: sic, நகரத்தினுட்பட்டான், vel நகரத்தினுள்ளாகாதான், *ingressus est arcem.* Hinc metaphoricè est, *assentiri alicui*, vel *ei associari*: sic, எனக்குட்பட்டான் vel எனக்குள்ளாகாதான், *assensus est mihi*, vel *associatus est mihi, sumpsit partes meas &c.* Si autem uniatur verbo, படுத்து or ஆக்கு, vel ஆக்கி, habet sensum activum, *facere, ut quis assentiatur &c.*

அபபுறம். அபபால &c.

154 1) Nomina புறம and பால præter alia significant *partem*; hinc, இபபுறம், இபபால, *hæc pars*, அபபுறம், அபபால, *illa pars*, possunt declinari et dici, v. g. இபபுறத்தினால், இபபாலிலை; &c. Plerumque usurpantur indeclinabiliter cum dativo, et tunc இபபுறம், இபபால æquivalet voci *citrà*, அபபுறம், அபபால voci *ultrà*: sic, ஆறறுக்கிபபுறம் vel இபபால est, *citra flumen*; ஆறறுக்கபபுறம் vel அபபால, *ultra flumen &c.* Aliquando usurpantur absolutè in principio orationis, et tunc explicantur benè per *citeriùs, ulteriùs*: sic, அபபுறஞ்சொலலு, *dic ulteriùs*, இபபுறமவா, *veni citeriùs*; அபபாலபோ, *abi ulteriùs*, இபபாலேயிரு, *pone citeriùs &c.* 2) Vox புறம significat quoque expressè *partem exteriorem*, et opponitur voci உள், quæ est, *pars interior*, unde dicitur உளநாபுறமென்பு &c. Hinc hoc nomen, si usurpetur in ablativo இல, புறத்தினால, vel ad modum adjectivi, புறத்த, significat

significat, *extrà, foris*, et vel usurpatur absolutè, vel cum dativo: sic, புறத்திலையிறதசொன்லாதே, *ne dicas hoc foris*; sic, புறத்தவலாதிகஹவையிங்கொசொல்லாதே, *ne dicas hic scandala quæ sunt foris*; sic, வீட்டிற்குபுறத்திலேபோ, *abi extra domum*, &c. Hinc est nomen appellativum, புறத்தியான புறத்தியார், *externus, externa*, et sumitur plerumque pro *non consanguineis*.

மேல். கீழ்.

Nomen மேல், etiam si ponit, ferè nunquam de- 155
clinatur, sed simpliciter usurpatur, vel cum ê addito, மேலில; et semper construitur cum dativo vel genitivo. 1) Propriè autem significat *partem superiorem*, sicuti கீழ், vel கீழே, *partem inferiorem*; hinc illud, *suprà*, hoc, *infrà*: sic, இது/கதுமேலானஹாதிலுஹல, *supra hoc nihil est*; அதுதினமேலநனஇமயிலுஹல, *nullum est | bonum supra virtutem* &c. sic, பாவிகள்னகீழ்னரீலுஹல, *infrà peccatores vilis homo non est*. 2) மேல signifícat *super*, et tunc semper conjungitur genitivo dependentiæ, vel etiam nomini substantivo, adjectivo modo sumpto; et cùm sæpe vox nominativi inserviat ad modum adjectivi, ut diximus num. 91. sæpe unitur voci nominativi: sic, எனதுதலைமேகொண்டான், *appositi super caput meum*; sic, வீட்டுமேலஏணவைத்தான் *ascendit super tectum domûs*, vel வீட்டினுமேலே &c. sic, அதினமேலிதுவை, *pone hoc super illud*. In hoc sensu quoque huic opponitur கீழ், et est, *sub*: unitur autem genitivo, vel dativo: sic v. g. இதின கீழ, vel இது/கதுகீழ, *sub hoc*. 3) மேல unitur eleganter verbali a participiis, quod venit in dativo, et elegantiùs in genitivo; et tunc மேல signifícat, *plus quàm, amplius quàm*: sic, நான சொனனதினமேலசெயதான,

plus fecit, quam dixeram &c. In hoc sensu, huic opponitur, *minùs quàm*; et ad explicandum hoc utuntur infinitivo குறைய, a verbo குறைகிறது, *desicere, minui,* et usurpatur, ut diximus num. 136. absolutè ad modum adverbii, petitque dativum: sic, வேலை செய்ததற்குக் குறைவாய்ப் பணம் வாங்கினான், *accepit minùs, quàm laboraverit*; sic, என்னுடைய குதிரைக்குக் குறைய யிருந்தது, *dedit mihi minùs, quàm desiderabam &c.* Hinc 4) iteratâ voce மேல், et ex unione literæ ல cum ம, illâ in ன mutatâ, fit மேனுமேல vel மேன மேலும, et proprie significat, *magis ac magis*: sic நாளுக்குநாள் மேன்மேலும் மடையனானான், *in dies magis ac magis stupidus factus est.* 5) Tandem மேல் idem est ac, *postquam*, et tunc usurpatur cum genitivo vel dativo: sic, அதற்குமேல் இதைச்செய், *post illud fac hoc*, நீயவனுக்குமேல் சேலுவேன், *ac cam postquàm veneris &c.*

மாதிரிமை. அளவு. தூணி.

156 Dividunt Tamulenses quatuor genera mensuræ: primi generis sunt, quæ metimur numero, ut nummi; secundi generis, quæ metimur pondere, ut aurum; tertii generis, quæ metimur mensurâ, v. gr. modio, ut grana; quarti generis, quæ metimur extensione, v. g. palmo, ulnâ, ut longitudo, latitudo, altitudo et profunditas. 1) Pro quolibet autem genere mensuræ utuntur voce மாதிரிமை: sic, (1) இப்படிப்பணமெம்மாதிரிமை, *quot sunt hi nummi?* (2) இப்பொன்னெம்மாதிரிமை, *cujus ponderis est hoc aurum?* (3) இந்தத்தானியமெம்மாதிரிமை, *quantum est hoc granum?* (4) நீளமெம்மாதிரிமை, *quanta longitudo?* அகலமெம்மாதிரிமை, *quanta latitudo?* உயரமெம்மாதிரிமை, *quanta altitudo?* ஆழமெம்மாதிரிமை, *quanta profunditas?* Præterea utuntur voce அளவு, quæ, excepto nume-

Digitized by Google

to numero, inſervit aliis menſuris : ſic, இடபன னெவவமவு ; இததா னி யமெவவமவு ? நீமவமெவவமவு &c. Tandem utuntur voce தவண, quæ tamen propriè non inſervit niſi pro iis, quæ numerantur: ſic, v. g. பணமெத தவண, *quot nummi?* வருஷமெததவண, *quot anni?* 2) Ex his tribus vocibus, தவண nunquam in linguâ vulgari uſurpatur ſimpliciter ſine addito ; ſed vel unitur literis இ, அ, எ, loco articulorum, ut dictum eſt num. 50. ſic, இததவண, *tantum ut hoc*, அத்தவண, *tantum ut illud*, எததவண, *quantum?* vel unitur participio futuri, mutando உம in அம, et addendo voci தவண conjunctionem உம, et tunc idem eſt ac, *usque dum :* ſic, இருகதந தவணயும, *usque dum ſit* vel *erit &c.* 3) Vox அளவு uſurpari poteſt per ſe, et eſt, *menſura* ; vel unitur ſupra dictis literis, இ, அ, எ, addendo, juxta regulam ibi traditam, duplicem வ ; ſic, இவவமவு, அவவமவு, எவவமவு : vel unitur participio futuri, ſive verbalibus trium participiorum, addendo voci அளவு, உம, et tunc idem eſt ac, *usque dum* ; ſic dicitur, நீ யி ஜதச செயயும மவும, vel, செயகிறதவும, செயததவும, செயவதவும, *usque dum tu id facias*, vel *usque dum tu id facis, feceris, facies &c.* Si autem uſurpetur quidem hoc modo அளவு, ſed, loco addendi உம illi addatur infinitivus ஆக, propriè ſignificat, *ad menſuram, juxtà :* ſic e. g. நீ டுசெயததவாகபபலன வரும, *juxtà id quod feceris, præmium veniet.* Hoc autem modo unitur quoque nominibus in dativo : ſic, எனஜஞைச ககவா கததநதான, *dedit juxtà deſiderium meum, ad menſuram deſiderii mei &c.* 4) Tandem மாததிரம eſt nomen, quod ſignificat *ſolus, a, um*, et ſemper poſtponitur alii nomini : ſic, நான மாததிரம வநதேன, *ego ſolus veni.* Bene explicatur

Digitized by Google

aliquando per adverbium, *solùm, tantùm:* இதை மாத்திரமே ஒசரபண்ணு, *dic hoc tantum &c.* Præterea unitur supra dictis hisce, இ, அ, ஏ: இம மாத்திரம. அமமாத்திரம, ஏமமாத்திரம, *tantùm ut hoc, ut illud, quantum?* Tandem unitur participiis, et tunc idem est, ac si diceres, *statim ac;* et tunc malè usurpatur in ablativo இல: sic, நீ யுரைகிறமாத்திரத்திலே, ஒரையுமாத்திரத்திலே, *statim ac jacis, fecisti, facies. &c.*

வரைகறுமம மட்டும.

157 1) Nomen வரை est, *terminus*, quo nomine in linguâ vulgari utuntur tantummodò in dativo cum conjunctione உம, et fit வரைகறுமம, et idem est ac, *usque, tenus:* sic, இந்நாள்வரைகறுமம, *usque ad hanc diem;* இமமவரைகறுமம, *usque modo;* கழுத்துவரைகறுமம, *collo tenus &c.* 2) Nomen மட்டும est quoque *terminus*, et in hâc significatione usurpatur per se in quolibet casu; sic, மட்டிலாதவர, *interminabilis*, மட்டுக்குள, *sta intra terminum &c.* Si autem cum conjunctione உம addatur nomini alicui; hoc quoque significat, *usque, tenus:* sic, இந்நாண்மட்டும, *usque modo &c.* Elegantiùs unitur dativo, அந்தஊருகறுமம்மட்டும, *usque ad illud oppidum &c.* Dicitur quoque, இமமட்டு, அமமட்டு, ஏமமட்டு, *tantum ut hoc, ut illud, quantum?*

அதிகம.

158 Hoc nomen correspondet voci *magis.* Hoc nomine plerumque utuntur indeclinabiliter, et cum dativo: அது கிது வெயதிகம, *magis est hoc, quam illud.* Hinc si velim dicere, *quò magis eò magis*, addendæ sunt huic nomini particulæ, quæ significant, *tantùm, quantùm*, de quibus num. 156. addendo semper ஏ, in fine primæ partis orationis: sic, *quo magis illa crevit, eò magis stupidus factus est*, dicam, ஏவவ ஏவதி

லவதிகமவலர்நதாலேவவவலவதி
கமை——யனுனை: sic, எமமாதிரமி
னுவடியதிகந்தநதாயோ வமமாதிர
மதிகமுனசிலவம்வலாநம, *quò magis eleemosynas dabis* vel *dederis*, *eo magis felix eris* &c.

பார்க்க. காட——டலுமை.

Ad explicandum autem comparativum, diximus 159
jam num. 96. uti ablativo இல, cui elegantiùs additur உம: sic, அதி லுமிது நலலது, *hoc illo melius* vel uti dativo, ut diximus num. 93. sic, அது கதிது நலலது, *hoc illo melius* &c. Usurpatur quoque pro comparativo his vocibus, பார்க்க, பார்ககில, a verbo பார்ககி றது, *aspicere*, quæ semper petunt accusativum. Prima vox, cùm sit infinitivus, hic sumitur pro ablativo absoluto, juxta regulam num. 120. traditam: hinc, அறதனை பபார்ககநனமபிலஅல, est, *virtutem aspicientibus aliud bonum non est*, id est, *virtute majus bonum non est*. பார்ககில, est subjunctivus, *si*, juxta regulam, de quâ num. 115. unde அறதனை பபார்ககில &c. est, *si aspicias virtutem*, id est, *in comparatione virtutis* &c. In hoc sensu utuntur quoque voce காட——டலுமை, subjunctivum, *quamvis*, juxta regulam num. 118. á verbo காட——டுகி றது, *ostendere*: hinc, சாவை காகாட——டலுமபாவதுமதி னமை, est, *quamvis mortem ipsam ostendas*, id est, *in conspectu, in comparatione ipsius mortis, peccatum sanè malum est*; quod bene vertam, *morte ipsâ pejus est peccatum* &c.

உ——னை.

Vox உ——னை est nomen, quod propriè nunquam 160
usurpatur ad modum nominis, sed, vel absolutè in principio orationis cum ஏ addito in fine, et idem est ac, *statim, citò*: sic, உ——னைவா, *veni citò* &c. Vel additur participiis omnibus, et tunc significat, *statim ac*; sic, நானபோதசெயகி றவு——

னை, செயதவுடன்னை, செயயுடன்னை, *statim ac ego hoc facio, feci, faciam* &c. Vel unitur nomini, adjectivo modo sumpto, et tunc idem est ac, *cum*, præpositio : sic, கோபதது—ன்னை டோசாடுதை, *ne loquaris cum irâ* &c. Vel tandem sine ê in fine, unitur verbo படுகிறது, et fit உடன்னபடுகிறது, et est, *assentiri, convenire* cum aliquo, ac si diceres, *esse in opinione cum illo*, et petit dativum : sic, கூடசியிலவனை கது—னை படடான, *tandem ille convenit mecum* ; sic, பாவதது/கது—னைபட—டான, *consensit peccato* &c. Tandem ex hac voce fit ஏழுகுடன், ex ஏழுகு, quod est *omne* in abstracto : unde illa phrasis idem est ac, *cum omnibus*, et bene explicatur per *simul* ; ஏழுகுடன்னை ழநதசாகள, *surrexerunt simul.*

இலலாமல. அலலாமல.
இனறி. அனறி.

161 இலலாமல, vel இலலாதை, (gerundium à verbo defectivo இலஅல,) est, *sine* ; et அலலாமல, vel அலலாதை, (gerundium a defectivo அலல,) est, *præter* : sic. உனஉனயிலலாமல, vel இலலாதனனஅது செயயென, *sine te nihil faciam* &c. sic, இதலலாமல, vel இதலலாதனனஅது செயயென, *præter hoc nihil faciam.* Quæ differentia diligenter advertenda est. Hanc enim nescions, in versione Evangelii S. Johannis, ubi, loquendo de verbo divino, dicit, *sine ipso factum est nihil*, vertit, இதலலாமலனைடனகாரியஙகளலலாமலுணைடாகவிலஅல : quod vertitur, *præter ipsum, ex his quæ sunt, nihil est factum.* Præterea pro இலலாமல dicimus, இனறி, *sine*, et pro அலலாமல dicimus, அனறி, *præter.* Omnia construuntur cum accusativo, vel cum nominativo.

ஆனை

ஆனாலும் &c. எனகிலும.

ஆனாலும vel ஆகிலும, vel ஆயினும, 162
hæ voces omnes sunt subjunctivus *quamvis*, à verbo ஆகாது, ut diximus num. 118. 1) Si hæ voces anteponantur orationi, idem sunt ac, *attamen*. 2) Si vero hæ voces postponantur cuilibet parti disjunctionis, idem sonant ac, *vel*, et in hoc sensu ac modo utimur quoque voce, எனினும, quæ est subjunctivus, *quamvis*, à verbo எனக்கூறாது, *dicere*; (unde omnino error est eorum, qui scribunt எனிலும:) sic dicimus, இவனாகிலும வேறனாகிலும, *vel iste, vel ille &c.* 3) Eædem, si non iteratò, sed semel uni tantùm voci postponantur, idem sonant ac, *vel* apud Latinos, quando supponit pro *saltem*: sic, அவன் உரையாயினும வாசிக்கலாமே, *dic, ut ille saltem veniat &c.* 4) Si tandem addantur vocibus dubitationis, important sensum disjunctivè universalem: sic, எப்படி, *quomodo?* எப்படியாகிலும, *aliquo modo, quomodocumque sit*; sic எப்போது, *quando?* எப்போதாயினும, *aliquando, quandocumque sit &c.* Unde satis differunt à voce உம, siquidem hæc juncta eisdem dubitationibus, sensum omninò universalem importat: sic, எப்போதும est, *semper*, எங்கும est, *ubique*, et எங்கேயானாலும est, *alicubi*; எவரும est, *omnis*, எவனாயினும est, *aliquis, quicumque sit &c.*

ஆம.

Hæc est tertia personæ neutrius futuri ab eodem 391
verbo ஆகாது, *esse*, appellando non existentiam, sed essentiam: hinc, cum voce futuri, ut sæpe diximus, uti possimus etiam pro præsenti, hæc vox ஆம explicatur per *est*, vel *erit*. In usu autem vulgari 1) quando hæc vox usurpatur absolutè et per se, semper sonat idem ac, *est*: vox aliquid affirmantis, quâ semper utuntur, ubi sermo est de essentiâ. Sic quæro, estne panis domi? cúm quæram de existentiâ; si est, non dicunt,

Digitized by Google

dicunt, ஆம, sed, உணர vel இருக்கிறது: si autem de essentiâ quærens, dicam, quid est in illâ arcâ, estne panis? si est, dicunt, ஆம. 2) Quando hæc vox unitur vel nomini, vel verbo, tunc in usu vulgari sumitur non pro *est*, sed pro *erit*: hinc si dicatur de re præsenti, dubium importat, ut etiam in tali casu apud Latinos vox, *erit*. Sic si quærenti mihi, quid est ibi? dicant v. g. அரிசியாம, vertendum, *erit oryza*; adeoque idem est ac dicere, *nescio quidem, at judico, vel audivi esse oryzam*. Sic quærenti mihi, venitne Petrus? si dicant, வருதாமம, est, *verum erit, quod Petrus jam venerit*, id est, *nescio quidem, sed dicunt venisse &c.* 3) Si autem sermo sit de re futurâ, tunc sicuti vox, *erit*, apud Latinos potest importare dubium, vel etiam certitudinem; sic pariter in hâc linguâ vox ஆம: v. g. dico, si hoc facias, res ita se habebit; respondet alter, இப்படியாம, *ita erit*: tunc non importat dubium, sed certitudinem. Si autem cum dubio respondeat alter, *ita erit fortasse*, tamulicè dicam இப்படியாமாகுமோ; et plerumque, quando ஆம postponitur alicui verbo etiam de futuro, videtur importare aliquod dubium: sic, வருவாமம, *veniet fortasse*, sive, *dicunt eum venturum &c.* 4) Si voci ஆம addas litteram *ê*, tunc, cùm hæc importet certitudinem et æquivaleat voci *sanè*, ut diximus num. 149 vel sermo sit de re præsenti, vel de futurâ, vox ஆகாம, omne dubium expellens, emphaticè affirmat: அவனேமம *certè est ille*, வருவானேமம, *sanè veniet &c.* 5) Tandem ex hîc dictis, radicitùs cognoscere possumus vim illius phrasis, இபபடியாம, கணடாமம &c. Hæc enim, ut diximus num. 109 est composita a verbali இபபடி, கணட &c. et a voce ஆம: illud significat, *facere, videre &c.* substantivo modo sumpta; ஆம verò, ut dixi, significat, *est* vel *erit*. Hinc illæ phrases bene latinè vertuntur, *facere est, videre est*. Sic, *hoc vider*

Digitized by Google

dere eſt apud auctores &c. vertam, இது கிரந்த கவிதாகவளி—திதிலைகாணலாம: unde etiam illæ phraſes bene vertuntur, *poteſt fieri, poteſt videri &c.*

ஏனஹிலை.

Hæc vox eſt ablativus in இலை, a nomine ஏனஹி 164
unum; uſurpatur autem in linguâ vulgari abſolutè pro *vel*, et ſemper anteponitur cuilibet parti disjunctionis: ſic, ஏனஹிலிது, ஏனஹிலது, *vel hoc, vel illud.* Hinc aliquando, et præcipuè in linguâ ſublimi, utuntur voce ipſius recti, addendo *ê*, ஏனஹே, pro eâdem disjunctione, *vel*; et tunc ſemper poſtponitur, et elegantiùs unitur verbalibus futuri: ſic v. g. பாவதனதைவிடுவேதானஹே நரகத்திலேவேவேதானஹே, *vel dimittere peccatum, vel ardere in inferno*, ſubintelligé, *neceſſe eſt.* Hic modus admodùm elegans eſt, et licet a vulgo non uſurpetur, bene tamen intelligitur.

போலை.

Vox போலை, vel போல, eſt à verbo 165
போலுகிறது, ut diximus num. 88. quod ſignificat, *aſſimilari*; unde 1) illæ voces bene explicantur per *ſicuti, ut*, et ſemper poſtponuntur accuſativo: ſic, சூரிய உனபோலை விளங்குவான, *ſplendebit, ut ſol &c.* 2) Si போலை addatur participiis, mutando *a* breve in longum, vel addendo *â* longum participio futuri; tunc idem eſt illa vox, ac latinè, *ſtatim ac*: ſic v. g. எனஉனகணபோபோலை கினநதான, *ſtatim ac me vidit, iratus eſt*; ſic, செயகிறபோலை, செயதபோலை, செயயுமபோலை &c. Hoc modo ſignificat quoque, ut ſupra, *ſicuti*: ſic, நானசொலலுமபோலைசொலலுமி, *dic, ut dico &c.* 3) Si eadem vox addatur ſubjunctivo, *ſi*, idem eſt ac, *quaſi, ad modum*: ſic, எனஉன நை

ைகத

னைகதத ாஅ°டுபாலெ டுபசுகி அடுயர், *loqueris, quasi irrideres me?* vel *ad modum irridentis me?* In hoc sensu aliqui abjecto அ, scribunt duplicem ப, sicuti fit, quando unitur, ut diximus, participiis; et scribunt v. g. நுனைகததாப டுபாலெ, quod sanè barbarum est: cùm enim veniat a subjunctivo, *si*, நுனைகததாலெ, றெ ல non potest deperdi, sed tantùm mutari in அ consonantem, cùm sequatur ப, juxta regulam num. 20. et scribendum est, vel, நுனைகததாலெ°படுபாலெ, vel நுனைகததாஅ° டுபாலெ, *tanquam si irrideres, &c.*

இடைவிடாமல.

166 Hæc phrasis bene explicatur latinè, *continuatim, sine intermissione:* est enim a nomine இடை, *medium*, et a gerundio விடாமல, *non relinquendo*, et est, *non relicto medio*, sine intermissione &c.

இலலாவிடடாலெ &c.

167 Hæc phrasis bene explicatur latinè, *aliter:* est enim a gerundio இலலாத, verbi defectivi இல உல, cui addita est vox subjunctivi à verbo விடுகிறது, quæ hic elegantiæ tantùm inservit. Unde idem significaret vox simplex subjunctivi illius verbi, quæ est, இலலாதாலெ, et propriè significat, *si non sit*, vel, *non erit:* sic, இதாஇலெபுபாவிலலா விடடாலெபுபாகாதெ *si hoc sit, abi, si non sit*, id est, *aliter, non eas*; sic poteram dicere, இலலாதாலெபுபாகாதெ &c.

ஏறிய. தவிர.

168 Dixi num. 136. Tamulenses uti voce infinitivi aliquorum verborum ad modum adverbii. Placet hîc præter dicta afferre nonnulla alia, quæ usurpantur pro adverbiis vel præpositionibus, usui magis necessariis. Primus autem sit infinitivus ஏறிய, cum primâ brevi, a verbo ஏறிகிறது, *deficere, mori.* Cùm autem num. 120. dixerim, uti nos posse infinitivo pro ablativo absoluto, hinc hic infinitivus ஏறிய bene explicatur per

per ablativum absolutum, *deficiente:* sic, இதோழி யேவேலைவணகயிலாமல், est, *deficiente hoc medio, aliud non est* Unde benè illa vox correspondet præpositioni, *præter:* sic, *præter hoc medium non est aliud*; vel etiam bene explicatur per particulam, *nisi; non est, nisi hoc medium.* Sic hæc propositio, *nisi veneris, non dabo hoc*, bene vertitur, utendo semper voce subjunctivi, *si:* நீயவராதலோழியவிணதுதரமாட்டேன &c. Eodem modo utuntur infinitivo தவிர, a verbo தவிருகிறது, *auferre, relinquere:* hinc, உனதுணதுதவிரவதுகதனவேறாருவருமிலாமல, explicatur, *te ablato,* vel *relicto te, præter te nullus est alter ad hæc aptus &c.*

ஏருபபட்டு. ஏருமிக்க.

ஏருபபடுகிறது vel ஏருமிகுகிறது 169
est, *ex pluribus unum fieri:* hinc eorum infinitivis utuntur eleganter absolutè ad modum adverbii, *junctim, simul.* Dixi num. 141. ஆக significare, *simul,* attamen hoc utuntur tantùm, ubi plura numerantur, vel plura referuntur: sic, இருவருமாக, *uterque simul*; நானுநீயுமாக, *ego et tu simul &c.* Infinitivis autem, quæ modò retuli, utuntur etiam per se sine alio numero: sic, ஏருபபட்டுவாருங்கோளா, *venite junctim;* ஏருமிகபோனாகளா, *abierunt simul &c.* et non poteram dicere, ஆகவாருங்கோளா, ஆகபோனாகளா; sed addendum erat v. g. எலலாருமாகவாருங்கோளா *venite omnes simul &c.*

ஏமகுறையய.

Hæc phrasis composita est ex duobus infinitivis, 170
ஏம, a verbo ஏமிகிறது, quod præter alia significat, *augeri* neut. et குறையய a verbo குறைகிறது, *diminui,* neut. Hinc illa phrasis bene explicatur per, *plus minùs, circumcirciter &c.*

Digitized by Google

அற.

871 Infinitivus est a verbo அறுகிறது, *abscindi*, in sensu neutro. Unde si sumatur hic infinitivus pro ablativo absoluto, v. g. சந்தேகமற, vertitur, *abscisso dubio*: hinc அற bene æquivalet præpositioni, *sine*, et dicitur, *sine dubio*. Aliquando utuntur hac voce absolutè, et tunc æquivalet adverbio, *perfectè*, *omnino*, ac si diceretur, *abscisso omni defectu*: sic, அறப்படித்தவனல்ல, *non est perfectè doctus*; sic, அறக்கெடுபோனான், *omnino periit* &c.

சூழ.

872 Infinitivus est a verbo சூழ்கிறது, *circumdare*, quo infinitivo utuntur absolutè, et tunc æquivalet voci *circùm*, sive sumatur ut adverbium, sive ut præpositio: sic, சூழவெங்கேநீயிருந்தாலும், *circùm*, *ubicumque fueris* &c. Quando autem æquivalet præpositioni, petit accusativum: sic, எனதுனை சூழவாருங்கோள், *venite circùm me* &c.

கிட.

873 Infinitivus a verbo கிடக்கிறது, *proximari*, in sensu neutro. Absolutè sumitur pro, *propè*: sic, கிடவா, *veni propè* &c. Usurpatur quoque ut *propè* præpositio, et tunc petit dativum, vel accusativum, aliquando genitivum: sic, எனக்கிடவா; அது கருகக்கிடவை; அவனுனக்கிடப்போ, *veni propè me*; *pone prope illud*; *i propè illum* &c.

விலக.

874 Infinitivus a verbo விலகுகிறது *evitare*, *recedere*. Benè propterea absolutè usurpatur pro *procul*: sic, விலகப்போ, *abi procul*, *recede* &c.

கெக. டுகெக.

875 Infinitivus a verbo கெடுக்கிறது, *festinare*, neut. Unde bene æquivalet adverbio, *festinanter*, *citò*: sic, கெடுகவந்தான், *venit festinanter*; கெடுகசெல்லல்,

Digitized by Google

லை, *dic citò.* Hoc modo ùtuntur quoque infiniti-
vo டுடுக, a verbo டுடுகீழ்தது, quod pariter
est, *festinare*: டுடுகடபோனை, *ivit festinan-
ter.* His opponitur மேலாஎ, et hoc sumitur pro
lentè: sic, மேலாஎசெயப வனாநனா
யசெயவான, *qui lentè agit, bene aget &c.*

வலிய.

Infinitivus à verbo வலிகீழ்தது, quod præter 176
alia significat, *impelli*, in sensu neutro, id est, *à se ipso*:
sicuti வலிககீழ்தது est *impellere* activè. Hinc வ
லிய, sumptum, ut sæpe dixi, ad modum ablativi
absoluti, est, *ex suo impulsu, sponte, voluntariè*: sic,
வலியதநதேன, *dedi sponte, motu proprio &c.*
Adverte, esse aliam vocem வலிய, quæ non a verbo
aliquo, sed a nomine வலி, quod *fortitudinem* signi-
ficat, orta est, et juxta regulam, quam trádam in
Grammaticâ linguæ elegantioris, addendo ய, fit no-
men adjectivum, *fortis, forte*; et tunc non duplicat
sequentem: sic, வலியதஉலதநதான, cum
simplici த, explicatur, *dedit caput forte*; at, si cum du-
plicato த dicas, வலியததஉலதநதான, est,
voluntariè, sponte caput dedit &c.

ணம.

Ad complementum addam hîc aliquid de voce 177
ணம, quæ vim quandam specialem, et elegantiam ad-
dit orationi. Quare, 1) si hæc vox addatur nominibus
substantivis vel adjectivis, fit, ut nomen, quod signifi-
cabat in concreto, significet jam in abstracto: sic v. g.
ex கனனி, *virgo*, fit கனனிணம, *virginitas*:
ex ஆண°, *vir*, fit ஆணணம, *virilitas*; ex தனி
solus, a, um, fit தனிணம, *solitudo*; ex டொட,
universalis, le, fit டொடணம, *universalitas*; ex
புத, *novus, a, um*, fit புதணம, *novitas*. Hinc,
cum miraculum sit semper novum quid in naturâ, பு
தணம sumitur quoque pro *miraculo*. Ex ஏரு,
unus, a, uni, fit ஏருணம, *unitas*: et sic non tot,

Digitized by Google

